ta dimittat: tunc punit infestius. Ubi introducit illd poete. Luxuriant animi rebus plerumq; secũdis. Et de hoc Sen. multũ de prudentia vbi ait. Nihil infelicius eo: cui non accidit aliqd aduersi q2 male iudicauerunt dij de ipo. Et ponit exempla de illis qui aduersa sustinuerũt. Sicut de Regulo qui q̃nto plus glorie habuerit: tanto virilius aduersa tolerauit. Solatiũ ei3 magis viris fuit dura pro honestis tolerare. Idẽ epla. vij. Munera fortune sunt insidie. Et epla. lxxx. Segetem vbertas nimia sternit: rami onere franguntur: ad maturitatẽ nõ puenit nimia fecũditas: Idẽ illis euenit quos nimia felicitas corrumpit. De hmõi aũt mutabilitate bene Gre. iij. registri ante fi. vbi ait. Dum omnia in hoc mũdo mutabilitatis ordo corrumpit nec eleuari psperis: nec frangi debemus aduersis: vt humiliati discamus quid deliquim9: et exaltati: aduersitatis memoriã: si humilitatis anchoram teneamus. Nihil ei3 stabile in hac vita. S3 hõ vt viator modo p plana: mõ ardua pergit. Nec est ira s3 gra: per quam discimus: vt dei dona tanto seruemus veri9 q̃nto humilius. Artem gubernandi: mare tranquillum non ostendit et obsequens vẽtus. Aliquod aduersu3 occurrat oportet: qd animum pbet. Turpis naufragij rector: cui gubernacula fluctus eripuit: qui fluctuãtia vella deseruit. Ille vo laudãdus qui pdictis restitit etc. Et de hmõi mutabilitate Uale. li. vi. c. vltimo. Ubi narrat d quodam: cui omnes conatus: placido exhibebant intinere: certum cupite rei fatũ apphẽdebat vota nũcupabantur: simul et soluebãtur: velle ac posse in equo positu3 erat. Anulũ quoq; de industria in pfundum piecit: ne ois incomodi expers esset: quem tamen cõtinuo recuperauit: capto pisce qui eum deuorauerat. Sed hũc huius felicitas plenis semper velis prosperũ cursu3 tenuit: Orunthes Darij regis prefectus: in excellentissimo montis vertice cruci affixit: ibiq; putruit. Non igitur multu3 cõfidendũ in diuturna prosperitate: ex quo aduersitas sepe subsequtur. Et ibi narrat de aliis diu psperatis postea aduersa passis. Ideo ibi concludit. Caduca nimirũ et fragilia puerilibus cõsentanea crepũdijs sunt ista q̃ vires atq; opes humane dicuntur. affluunt subito: repente dilabuntur. Nullo in loco: nulla in persona: stabilibus innixa radicibus consistũt. Sed incertissimo flatu fortũe huc atq; illuc acta: quos in sublime extulerũt improuiso recursu destitutos: pfundo cladiu3 miserabiliter imergũt Itaq; nec estimari nec dici debent bona: que inflictor malorũ

amaritudine:desideriū suum du
plicant.¶ Ibi etiam narrat de
Crasso:cui pecunie magnitudo
locupletis nomen dedit:sed eidē
postea inopia turpem dedecoris
appellationem imisit.Si quidez
bona eius a creditoribus:qꝛ soli/
dum pſtare non poterat direpta
sunt:ꝛ amara sugillatione nō ca/
ruit.Cūqꝫ egens ambularet: ab
omnibꝰ contemnebat qui diues
venerabiliter salutabat.¶ Ibi/
H dē narrat de Cassio:qui preture
splendore:triumphi claritate:cō
sulatus decore:maximi pontifi/
cis sacerdotio functus:ita vt dice
retur patronꝰ senatus:postea fuit
carnificis manibus laniatus an/
te tocius fori Romani conspectu
¶ Similiter d Martio:qui in
multis prosperatus:demū pscri
ptus: ꝛ multis aduersitatibus est
afflictꝰ.Iō ibi Uale.Quid huiꝰ
conditione inconstantiꝰ: ꝛ muta
bilius:quem si inter miseros po
sueris miserrimus : si iter felices
felicissimꝰ reperitur?.Et de mul/
tis talibus ibi bene. Non igitur
gloriādū de prosperitate munda
I na: qꝛ vita secura q̄si mare mor/
tuū:ait Sen̄.epl'a.lxx.Et vbi ea/
dem die luserunt nauigia sorben
tur.ait ibi.Et munera fortūe sunt
insidie ꝛ viscata beneficia.ait idē
epl'a.i.Et.xcviij.Nescis qua eta/
te Hecuba seruire cepit.q̄ Cres/
sus qua darij mater? Qui.s.pus
prosperati: postea aduersis affli/
cti.Iō Augu.de verbis dn̄i ser/
mone.xiij. Magne virtutis est
cum felicitate luctari: ꝛ nō ab ea K
vinci. Phil'.iij.In oībus instru
ctus sū . Scio humiliari et abun
dare ꝛ penuriā pati. Super quo
Greg.super Ece,Omel.vij.dic̄.
Magna ars est ꝛ mire scie disci
plina:ac toto cordis nixu discen/
da. Scire sustinet prospera ꝛ ad
uersa.Et ille magnus est:q blan
dientibus rebus secundis non se
ducit.ait Ber.ij.ad Euge.an̄ fi.
Et de hac materia Sen̄.li. de p
uidētia quasi per totū:vbi ait Fu L
gite diuitias: fugite eneruatiuam
felicitatē:qua cū marcescūt.Se/
quit.Cum oia que modū excesse
rint noceāt:periculosissima felici
tatis intemperantia est que in va
nas mentes ymaginationes euo
cat.Et ibi.Illos qs merito dixe/
rit miseros q nimia felicitate tor/
pescunt: quos velut in mari lēto
tranquillitas inhers detinet.Idē
epl'a.xxxvij. Res inquieta felici/
tas ipsa exagitat:,mouet cerebꝛ M
non vno genere alios in aliud ir
ritat. Hos in potentiā. hos in lu
xuriam. Hos inflat: illos mollit
ꝛ totos resoluit.Est enim sicut vi
num.qꝛ.s.turbat.Nulli ergo ma
gnificandi vel beatificandi pro/
pter mundi prosperitatē.ait Ual.
li.vij.c.ij. recitās dictū Solonis
dicentis:neminē dū aduiuit btīn
debere dici:quoadusqꝫ ipsiuz fati
diē ancipiti fortune subiecerimꝰ.

N et ibidem. Interroganti quis nā
esset beatus: Anaxagoras respō
dit. Nemo inquit ex his quos tu
felices esse estimas: sed in nume
ro illo reperies qui a te miseri cre
dūt. Nō erit ille diuitijs aut ho/
noribus abundans: sed aut ruris
exigui. aut nō ambitiose doctrie
fidelis ac pertinax cultor: in seces
su ꝙ̄ in fronte beatior.

¶ Caplm. scdm. De admōitiōe
existentiū in aduersitate.

Ex his pz qualiter sūt ad
e monēdi sustinentes ad/
uersa. s. per oppositū: vt
non grauentur nimis de aduer/
sitate quam patiunt. Aduersitas
O eni plus prodest tolerantibus pa
tienter ꝙ̄ ꝓsperitas sicut probat
eleganter Boe. ij. de conso. c. vl/
timo. vbi ait Plus hominibus
prodesse reor aduersam fortunā
ꝙ̄ prosperā. Illa eni cum vr blā
da mentit: hec semper vera cū
se instabilē monstrat. Illa fallit.
hec instruit. Sequit. Illam vide
as ventosā semp fluētē: sui ignar
ram. hāc sobriam succinctam ꝛ
exercitatione prudentē. Illa de
uios a vero bono facit: ista ad ve
ra bona illico retrahit. Et simi/
liter Sene. lib. de ꝓuidentia di.
P ꝙ aduersitas non est malum qꝺ
noceat. s. bonis: qꝛ nil mali po/
test accidere bono viro. Nō eni
miscent contraria. ꝛ hoc qꝛ nulla
bona sibi auferūt: in multis bo/
nis exercent: a malis. s. voluptati
bus ꝛ lasciuijs retrahunt: gl'iam
ꝛ honorem accrescunt: sicut ꝺ oī
bus exemplificat ibi: vbi ait. Si/
cut amnes hymbres ꝛ fontes nō
mutant saporē maris nec remit/
tunt: ita aduersarū rerū impetus: Q
fortis viri nō mutat animū: sed
manet in statu suo: ꝛ quicqd eue
nit in sui colorē mutat. Est enim
oībus exteris potentior. Sequit.
Oīa aduersa exercitationes pu/
tat. Athletas inquit videmus: q
bus cura est cū fortissimis confli
gare. Marcet eni sine aduersa/
rio virtus ꝛ tunc apparet ꝙ̄ta sit
ꝙ̄tumqꝫ polleat. cū qd possit pa
tientia ondit. Quicqd accidit ho
mini consulit ꝛ in bonum vertit.
Sequit. Patrium aium habet de
us ad viros bonos. illos fortiter
amat: ꝛ vult: ꝙ operibus bonis R
ꝛ doloribus plenis ac dānis exa
gitent: vt verū colligant robur.
Nam matres volūt fouere in si
num filios. Languet inquit p in
hertiā saginata: nec fert vllū ictū
illesa felicitas. Et ibi de hoc p to/
tum. Unde ait. Gaudent magni
viri rebus aduersis nō aliter ꝙ̄ S
fortes milites belli triūpho. Gu
bernatorē in tempestate: in acie
militē intelligas. Calamitas: vir/
tutis occasio est. Illos merito qs
dixerit miseros q nimia felicitate
torpescunt. Ignis aurū probat: ꝛ
miseria fortes viros. Nō ē arbor
solida nec fortis: nisi quā frequēs
ventus incursat: Ipsa eni vexa/ T

tione constringit. ꝛ radices celsi⁹ gignit. Et exēplificat ibi ꝺ magnis viris q multa sustinuerūt aduersa Sicut de Demetrio q ait. Nihil infelicius eo qui nihil aduersi inuenit. Similiter ponit exemplū de Mutio q sustinuit ignez. De Fabritio: q paupertatē. De Ruti lo qui exilium. De Regulo q tormenta. De Socrate q venenum sustinuit. Itē Sen̄ de constātia sapientis ait: ꝙ queādmodū quo
V rundā lapidū inexpugnabilis durities est. Non eni secari adamus vel cedi pōt. sed oīa incurrentia retundit. Et queādmodū scopuli in altū proiecti mare frangunt: nec vlla seuitie vestigia ostentant sic aius sapientis solidus id roboris colligit: vt tam tut⁹ sit ab iniuria ꝙ̄ illa que retuli. Consimilia exempla ponit Criso. sup Mat. Omel. xxiiij. Nullus inquit nocere pōt virtuoso viro sed multū
X proficere. Et ponit exempla. Qui adamantem percutit ipse est q percutit. Qui contra stimulos calcitrat: ipse ē q stimulat. Ligās ignē in vestimēto: flammā non consumit sed vestimentū. Sic qui insidiat virtuosis viris periclitat. Itez Sen̄. iij. de ira. Ut tella aduro resiliūt ꝛ cū dolore cedentis solida feriunt: ita magnanimū aimum nulla iniuria ad sensū sui adducē fragilior eo ꝙ percutit. Et subdit cām. Ut superior pars mūdi ꝛ ordinatior ac sideribus propinqor non impellit in tempestate: ꝛ oī tumultu caret inferiora vero fulminant: eo modo aius semp quietus in statione tranqlla collocat. Jō probat Sen̄. vbi. s̄. de cōstātia sapientis ꝙ sapiens nihil pōt perdere: eoꝙ oīa bona sua in solido hēt content⁹ virtuteq̄ fortuitis non indiget. Jō concludit: ꝙ nō pōt fieri iiuria sapiēti. Quod exemplo confirmat Megetam y
inquit Demetrius ceperat: ꝛ cuz Sciphon ph'us esset interrogat⁹ vtrū aliqd perdiderit: nihil ingt oīa eni mea mecū sūt: ꝛ tn̄ patrimoniū eius in predā cesserat: filios: hostis rapuerat patria i alienā dn̄ationē puenerat ꝛ tn̄ vrbe capta: nō se victū s3 indemnē testatus ē. Habebat. n. secū bona sua: ꝛ dissipata ac direpta non dicebat sua: sed aduenticia ꝛ nutū fortūe sequentia: Et iō nō vt propria dilexerat. Et exēplificat ibi de aliis qui terribilia sustinerūt nec in eis defecerunt s3 amplius profecerunt. ¶ Monēdi ergo sūt aduersa tollerantes: vt patienter sustineāt ꝛ considerent: ꝙ aduersitas vera bona non aufert: a malis ꝛ lasciuijs cohibet. a peccatis purgat ꝛ premia cumulat: maxie cum fidelis patienter sustinet ꝓpter deū. Sicut sacra scriptura testatur per totā: ꝛ sicut patet exem Z
plis patrum. Judith. viij. pr noster Abrahā temptat⁹ est. Seqt Sic Jsaac: sic Jacob: sic Moy/

ses ⁊ oẽs q placuerunt deo: per multas tribulationes transiere fideles Unde Tob.xij. Quia acceptus eras deo: necesse fuit vt tẽptatio probaret te. Job.v. Beat⁹ q corripit a dño. Et.xij. Si impius fuero: vhe mihi est: ⁊ si iustus nõ leuabo caput saturat⁹ afflictione ⁊ mis'ia. Ecc.xxvij. In igne ꝓbat aurũ ⁊ argentũ ⁊c. Uasa figuli probat fornax. Et Hebre.xij. Quez diligit deus castigat. Et de hoc Augu.i.de.ci.c.x. Sicut sub
A vno igne aurum rutilat: palea fumat: sub eadẽ tribula: stipula cõminuit ⁊ frumẽta pregnant: similiter in ꝓlo oleũ a murca separat. itẽ vna eadẽ vis irruens bonos purgat: malos eliquat: dãnat: vastat: ⁊ exterminat. Et de hoc multum Greg.mor.xxvj. Super illud Job.xxxv. Qui dat carmina ĩ nocte. Ubi ait. Nihil iniuste patimur. Carmẽ in nocte est: leticia in tribulatione. Et Aug. ꝯtra faustum.xxij. Nullus hoĩum sic iustitia predit⁹ est cui nõ sit necessaria tẽptatio tribulationis: vel ad
B perficiendã virtutẽ: vel ꝯfirmãdam seu approbãdã. Et idẽ ep'la xlvij. di. ꝙ tribulatio est ad humiliationẽ superbie: ad probationez patiẽtie ad ablationẽ culpe. ¶ Fidelis ergo nõ debet grauari: nec desperare de aduersitate vel tribulatione. Cuz etiam de Saluatore dicat Luc. vltimo. Oportuit pati xp̄m.⁊c. Et cũ ipse dicat electis suis: potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum. per calicẽ enim peruenit ad maiestatẽ ⁊ per amarũ poculũ confessionis: ad gaudium salutis. ait Grego. sup euãgelium li.ij.omel.iiij. Unde electi ab initio passi sũt aduersa. iob iij. Frater fui draconum ⁊c. Ubi mor. Greg. ait. Nullus perfect⁹ est qui inter mala proximorũ pa- C
tiens non est. Et exemplificat de Abel ⁊ Caym: de filijs Noe de filijs Jsaac: de aplis. Et subdit. ꝙ sicut in tritura grana paleis premuntur. ⁊ inter spinas rose redolent: sic iusti premunt a malis: ⁊ tñ crescunt ⁊ redolent. Nõ igit ꝓsperitatibus pollentes btificandi sunt propter hoc: nec aduersa sustinentes: miseri reputandi: etiaz testimonio demonũ: ait Ual.lib. vij.c.i.di. ꝙ cũ rex Giges regno Lidie armis ⁊ diuitijs abundantissimo inflat⁹ animo Apolinem Phitiũ sciscitatũ venisset. i. statuam Apolinis in qua demon rñ- D
sa dabat: an aliq̄s mortaliũ se essz felicior: demon ex abdito sacrorꝫ specu emissa voce Aglaum Sophidiũ sibi pretulit. Js erat Archadũ pauperimus: etate iã senior: terminos agelli sui nunq̃ excesserat: paruli ruris fructib⁹ content⁹ ⁊ seq̄tur. Jnsolenter fulgore fortune sue glorianti respondit: se magis approbare securitate ridẽs tuguriũ: q̃ tristẽ curis ⁊ sollicidinibus aulam: paucasq̃ glebas:

p̄mordis expertes ꝙ̄ pinguissima lidie arua: metu referta: ꝛ vnum aut duo iuga bouū facilis tutele ꝙ̄ exercitꝰ ꝛ eqtatus ꝛ arma voracitatibꝰ onerosa: ꝛ vsus horeoli nulli nimis appetendi. ꝙ̄ thesauros. hominū insidijs ꝛ cupiditatibus expositos. Itaqꝫ Giges: diū astipulatorez vane opinionis deum hēre cocupiuit: vbi naz solida ꝛ sincera esset felicitas vidicit hec ille. Si ergo demon dat testimoniū veritati: ꝙ non in prosperitatibꝰ ꝛ affluentijs est felicitas nec in pauptate ꝛ aduersitate miseria: fideles non illas appetant: nec de his glient inaniter: nec ꝓpter istas grauentur vel desperēt inordinabiliter. Melius eniz est parum cuz timore domini ꝙ̄ thesauri magni ꝛ insatiabiles prouer. xv. c.

E

¶ Octaua distictio. De admonitiōe hoīuz ſm dr̄ias ꝯplexionuz

¶ Caplm̄. primū. De admōitione existentiū in sanitate.

F

Similiter admonendi sunt hoīes ſm differētias complexionum: Et primo admonendi sūt existentes in sanitate: ne ipsa abutant: ꝛ fructuosis operibꝰ exerceant: merita cumulent: ꝛ in celis premia thesaurizent. Et de his Greg. vij. pastoralis. c. xxiij. Ubi ait. Admonendi sunt incolumes: vt salutez corporis exerceant ad salutez mētis: ne si accepte incolūitatis gratiam ad vsum nequitie inclinent dono deteriores fiant: ꝛ ne oportunitatē salutis promerende eua cuent. prouer. v. Ne des alienis honorē tuū ꝛ annos tuos crudeli ne forte impleāt extranei viribꝰ tuis. ꝛc. ps Fortitudinem meam ad te custodiam. Ecc. xi. Letare iuuenis in adolescentia tua: ꝛ in bonis sit cor tuū in diebus iuuentutis tue. Ecc. xxv. Que in iuuentute tua no congregas quomodo inuenies in senectute tua? ¶ Similiter admonendi sunt: ne sanitatē suā destruāt voluptatibus ꝛ lasciuijs gule ꝛ ebrietatibus: ꝛ ne sint homicide sui. Multos eniz morbos multa fercula faciūt: ait Senē. eplā. xic. Et ibidem. Innumerabiles esse morbos non miraberis. Coquos numera: Sed antiquitus non fuit ita: qꝛ medicina paucaꝝ scia fuit herbarū. At post inuente sunt mille conditure quibꝰ auiditas excitaret: ꝛ que desiderantibus alimenta erant: onera sunt plenis. Inde palor: ꝛ neruoruz vino madentiū tremor ꝛ miserabilior ex cruditatibꝰ ꝙ̄ ex fame macies. Inde tormenta oculoꝝ ꝛ auriū ꝛ innumerabiliū febrium genera. Et sic de alijs ꝓut enumerat ibi bñ. Ecc. xxxvij. Propter crapulam. multi perierunt. Qui aūt abstinens est addiciet vitam. Et ibi in multis cibis erit infirmitas.

G

H

¶ Capitulum secundum. De informatione existentium in infirmitate.

e Contrario sunt admonendi infirmi: vt eoipso se filios dei sentiant: quo eos flagello discipline castigat ꝓuer.
I iij. Ne fatigeris: cũ a deo corripe ris. Et.ii. Liuor vulneris absterget mala: ꝓut expõit Greg. istas auctoritates vbi.s. Sunt igit admonendi de patiẽtie longanimitate: de gratiarũ actiõe saluatori in castigatione filiali. vt enim legit in vitis patrum li.iij. pte.vij. de q̊dam fratre q dicebat. Si infirmitas nobis molesta fuerit non con
K tristemur: q: non possumus stare ad orandum ꝛ psallendũ. hec enim oia ad destruenda corporis desideria sũt. Seqtur. Sicut magno ꝛ forti medicamine egritudo.s. corporis curatur: sic egritudine corporis: vitia aie rescinduntur. Et hec est magna virtus qñ in infirmitate tollerantia est: ꝛ gratiaꝝ actiones mittunt ad deum. Si amittimus oculos: non feramus grauiter: excellentie eni instrumentũ amittimus: ꝛ sic de alijs. Et si infirmitas totuz corp⁹ tenet in iteriori hoie charitas crescat. Cui concordat quod legit li.
L iiij. hystorie tripartite de btõ Antonio alloquente Didimũ: q cuz esset paruulus: occulos amiserat cui deus ꝓ corporalib⁹ spũales d̃dit. Regulas enim grãmatice ꝛ rhetorice didicit ꝛ alias scias: nouum ac vetus testm̃ cognouit ꝛ libros edidit. Cui fert antoni⁹ dixisse. Nũ te ꝯturbet amissio oculorum sensibilium. Tales eniz tibi d̃sunt quibus musce ꝛ pulices carere possunt. Sed gaude poti⁹ qm̃ tales hẽs quibus angeli cognoscuntur: ꝛ deus inspicit. Itez Hiero. epla.lxvj. Non doleas si non habes qđ formice: musce ꝛ serpentes habent.s. oculos carnales. sed illum te habere letare de quo Cant.iiij. Vulnerasti me in vno oculoꝝ tuoꝝ. Idem ait epla lxxvj. repetens dcm̃ Antonij ad Didimum. Et sicut fidelis nõ debet grauari: sed patiẽter sustinere amissionẽ occuloꝝũ: sic ꝛ alias infirmitates. Unde ꝛ sancti reputabant: se in infirmitatibus a domi no visitari. Sic legit in vitis pa- M
trum.li.iij.pte.vij. de quodam sene qui frequenter egrotabat. Cõtigit aũt: eum vno anno nõ egrotari. Et affligebat plorãs ꝛ dicẽs Dereliquit me deus: ꝛ nõ visitauit me. q: s. non fuerat infirmus ¶ Similiter sancti volebãt esse semper infirmi ad sui emẽdationem. Unde in vitis patrum pte i. df de fratre q noluit comedere in infirmitate di. ꝙ volebat esse in ipa ifirmitate per tres annos vt ampli⁹ mereret. Infirmi eniz
N gratias agentes deo sunt honorabiles apud deum. Unde in vitis patrum vbi.s. habetur: de ab

bate q dixit tres ordines esse honorabiles in cõspectu dei. Primus qñ homo infirmat: & adducunt ei temptationes: quas cum gratiarũ actione suscipit. Secundus cũ homo oia opera sua mũda facit corã deo nihil habẽs humanũ. Tertius qñ aliqs sedens in subiectione patris spũalis: oibus ppriis renuntiat volũtatib⁹. Et parte .iiij. dixit senex: q si sint tres simul: ex qbus vnus bñ qescat: alius ĩfirmet: & gratias agat: tertius eis mistret cuz sincera volũtate: hi tres simul: velut vnius operis sunt. Egroti ergo sic sustinentes immissam egritudinem: & gratias agentes sũt honorabiles apud deum. Unde legit in vitis patrum parte .vij. vbi .s. q deus misit angelum ad ministrandũ seruo infirmo non bñti q mistraret sibi. Merito igit egri debent patiẽter sustinere infirmitates ob dictas vtilitates. ¶ Sunt etiã admonendi: vt preparent corda sua deo ad inhabitandũ & transeundum cuz eo in regnũ suũ. Luce. xij. Beatus seruus quem cũ venerit dñs &c. Ubi Grego. Uenit dñs cum ad iudicãdũ properat pulsat vo: cum per egritudis molestias: mortem vicinam denuntiat. Cui confestim aperimus: si hunc cum amore suscipim⁹. & sic infirmi corpore sunt admonẽdi: q infirment mente per verã humilitatẽ. De qua ps. Pluiaz voluntariã seggregabis deus .i. celestem grãz. Et infirmitas est. deficiendo in se per humilitatẽ: & desperando de viribus propriis: vt eum amplius deus ↄfirmet. Nã virtus in infirmitate perficitur .i. cor. xij. Seqtur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis s. mentis & corporis: modo dicto vt inhabitet in me virtus xpi. Licet igit aliis variis modis possint hoies admoneri q: tamẽ de illis Gregorius .ij. pastoralis sufficienter tractat, hec ad presens sufficiant.

¶ Quarta pars principalis. De republica ecclesiastica.

¶ Prima distinctio. De clericis in communi.

¶ Caplm primũ. Que sunt mẽbra reipublice ecclesiastice.

PRemissis variis auctoritatibus: narrationibus & exemplis: ex qbus euangelicus pdicator habere põt occasionem instruendi hoies illiteratos & coferendi: cum eis hedificauerit fm diuersitatẽ dignitatuz graduũ: siue statuum: & ministrorum: siue qtum ad conditiones eorũ absolutas & proprias seu distinctas: vt in prima pte: siue qtum ad mutuas colligationes: vt in .ij. siue qtũ ad cõmunes conditiones singulis vt in .iij. in hac iiij. parte: sũmo magistro dirigente colligant auctoritates narratio

nes ⁊ ex q̄bus predicator aposto licus amplius potest habere occasionem informandi hoīes litteratos ⁊ ecclīasticos: ⁊ vtiliter conferendi cum eis. Et q: ex talibus psonis consistit respublica ⁊ ecclesiastica: cuiꝰ caput est sūmus pōtifex, ꝓut ait Hugo. ij. d̄ sacramētis. pte. ij. c. iiij. di. ꝙ spūalis ptās caput habet sūmū pontificē: ipsi sūmo pontifici pñt adaptari que dicta sunt supra pte prima de capite reipublice ciuilis. s. de principe: ⁊ eo excellentius ⁊ perfectius quo ipse sūmus pontifex: caput ē oīuz. Et ea que dicta sunt de oculis: auribus: corde: manibꝰ ac pedibus possunt adaptari membris reipublice ecclesiastice: ⁊ eo similiter sublimius ⁊ perfectius quo ptās eorū est sublimior ⁊ perfectior. vt enim ait Hugo. vbi. s̄. spūalis potestas: terrenā instituere hēt vt sit: ⁊ eam iudicare si bona non sit. Et tāto dignior est q̄ terrena q̄to spūs q̄ corpus ⁊ p̄or est tempore: ⁊ dignitate maior ait ibidem. Sed q̄m perscrutator maiestatis opprimet a gloria. ꝓuer. xxv. tāq̄ inscius ⁊ inexpertꝰ nō presumo describere quales debeant esse sūmus pontifex: ⁊ sūmi prelati post eum. Quales tñ esse debent describit bene Ber. i libris. suis ad Eugeniū. Et lz sit vnū caput ecclie. s. sūmus pontifex. q: tñ qlibet episcopus diocesanus est ad modū capitis in sua diocesi: nūc videndum est qualis debet esse episcopus: ⁊ quales clerici sub eo debeant esse: ex q̄bus respublica ecclīastica cōstituitur: incipiendo. s. ab inferiori: vidēdo primo quales esse debent clerici: deīde quales epī q̄ ex illis eligūt.

¶ Potest igit epūs adaptari capiti. Archidiaconi qui imperāt sub diaconis ⁊ leuitis: ad quorū curā pertinet parochiarum ordinatio: ꝓut ait Hugo de sacris. li. iij. pte iij. c. xvj. vbi de officio archidiaconi. Adaptari possunt auribꝰ ⁊ oculis. Judices cōstituti in republica ecclesiastica. ⁊ oratores possunt adaptari ori. Canonici ꝟo q̄rum ē eligere episcopū ⁊ episcopi consiliarij adaptantur cordi. Officiales ⁊ Decani ecclesiam protegentes adaptant manibus. Sacerdotes ꝟo parochiales: ⁊ psone ecclesiastice in ecclijs residētes pedibus congrue adaptātur. Et his oībus cōgruūt que dicta sunt superius pte prima de mēbris reipublice ciuilis: ⁊ modo pfectiori ⁊ spūaliori. cū ipsi sint spiritualiores ⁊ perfectiores. Sed ibi inceptū est a capite ratione dignitatis. ⁊ q: de nobiliori genere cōsueuit esse princeps q̄ papa: ⁊ ex successione vt sepe debet principatus: iō ibi processum est descendendo a capite ad membra tanq̄ a digniori. hic aūt econuerso.

¶ Caplm secunduz. De clericis in cōmuni: ⁊ quales esse debent de signo

esse debēt ꝛ de signo clericali qd est corona.

Aueant igit clerici ꝛ ad/
c uertant se defferre in ca
pite signum regium: suo
X nomine profiteri diuinū ministe/
rium: ꝛ sua tonsura testificari: se esse contemplatores diuinorum secretorum: ne. s. seruiant peccatꝫ: ꝛ conculcent a Sathana: ꝛ absorbeantur a secularibus negotijs ꝛ causis ne ꝯ eis verificetur illud tren. iiij. Qui nutriebant in croceis amplexati sunt stercora. Tōsure autem ecclíastice vsus a nazareis ortus esse putat: q prius crine seruato: deinde ob vite continentiā caput radebāt: ꝛ capillos i igne sacrificij ponebāt. numeri vj. prout di. Hugo vbi. s. c. ij. Et hoc signo: vitia in corum corde ꝛ opere pullulantia prescindenda dicebantur: ait ibidem. Magna ergo diligentia debent statutū suum clerici custodire modo dicto Multum eni indecens est si corona regia sit corona superbie: vl' si sit corona arrogantie: quā constringet dominus ibidē. vel si sit
y
Z coma vel corona iactantie: cum clerici prohibeantur nutrire comam. i. cor. vij. vir si comā nutriat: ignominia est illi. vel si circūponantur ornamenta lasciuie vl' luxurie: que etiam mulierib' prohibentur. i. Pe. iij. Quarum scilicet mulierum: non sit extrinsec' capillatura aut circundatio auri. ꝛc. In magno honore debēt seruare capita sua: in quib' eminet regale decus: vt dictum est. s.

¶ Capitulū. iij. De septē gradib' clericoꝝ. Et primo de hostiarijs.

Q uꝫ autem. septē sunt
b gradus siue ꝑmotiones
graduū: quibus p spūs
lex potestatem alti' semp ad sacra tractanda ascendit clericus siue ecclíastic': ait Hugo. vbi. s. Primus autem gradus est hostiariorum: quoꝝ officiū est. claues ecclesie deferre: eam claudere: ꝛ aperire horis competentibus sicut templū dei: que intersunt custodire: fideles recipere: excōicatos eicere. hoc officio dignatus est dñs vti: quando vendentes ꝛ ementes de templo eicit Math. xxi. ꝛ Jo. ij. Ipse etiaꝫ de se ait. Jo. x. Ego sum hostiuꝫ. hoc eniꝫ offīm excellens est dignitate: ideo exercendum cum diligentia ꝛ sollicitudine. A

¶ Capitulum quartum. De secundo gradu scilicet lectorum.

S ecūdus gradus est lec/
f torum: qui verbum dei
annūciant. ꝛ ideo debēt
eē scientia ꝑditi: vt intelligāt sensum eoꝝ que legūt: vel accentuū in pronunciatione rōnem agnoscant: distincte legant: ne ꝯfusione pronunciationis: intellectum auditoribus tollant. Considerēt gd sit indicatiue legendum: gd interrogatiue ꝑnunciandum. et B

vox lectoris: auribus ⁊ corde considerari debet non oculis: ne motu vel gestu indisciplinato: spectatores potiꝰ q̄ꝫ lectores seipsos faciant. Cum aūt hi ordinātur: de vita eoꝝ fide ⁊ ingenio episcopꝰ ad populum verbū facit. ⁊ videnC te populo: ab eo codex eis tradit ⁊ dicitur. Accipite: ⁊ estote verbi dei delatores: hi habent potestatem recitandi propheticas ⁊ apostolicas lectiones: vt ait Hugo vbi.s̄.c.vi. loquens de his omnibus. hoc officium est excellēs dignitate. Si enim magne est dignitatis habere potestatem recitandiꝰ victorias regum coraꝫ magnatibus eorum: multo maioris ē dignitatis recitare laudes ⁊ victorias regis eterni. Et si recitato

D res laudum ⁊ victoriarum regis terreni recitant cum diligentia ⁊ sollicitudnie multo magis isti facere debent. hoc officio dignatus est dominꝰ vti quādo in medio seniorum librum Jsaie prophete legit. di. Spūs dn̄i sup me Luce.iiij. Ex quo datur intelligi ait Hugo: ꝙ gratia spirituali clarere debet q verbū dei annūciat.

¶ Capitulum.v. De tertio gradu scilicet exorcistarum.

[t]Ertius gradus est exorcistaꝝ qui habēt speciale imperiū super spūs imūdos: vt eos eiciant de corporibꝰ hi librum accipiūt de manu ep̄i cum ordinant. De quibus.i.cor. xij. Nunqd omnes: donationes habent sanationum? hoc offitio E vti dominus dignatus est qn̄ tetigit manu aures ⁊ linguam surdi ⁊ muti. di. Effeta: qđ ē adaperire: Mat.vij. Similiter hoc officiū exercuit quando d̄ Magdalena septē demonia eiecit. Marci.xiiij. Jstud ergo offm̄ excellit potestate magna. Ideo cauēdū est talibꝰ: ne imundus spūs habitet in cordibus eoꝝ quoꝝ est il F luꝫ expellere de corporibꝰ alioꝝ.

¶ Capitulum.vi. De quarto gradu scilicet acolitorum.

[q]Uartus gradus est acolitoꝝ: qui latine ceroferarij dicūt: q accensos cereos defferunt dū legitur euangelium ⁊ offertur sacrificiuꝫ. Et hoc ideo: non vt tenebras aeris illuminēt: sed vt sicut visibile lumē manibus gestant: ita bonis operibus suis proximis lumen ostendant: ⁊ errantibꝰ in tenebris du G catum prebeant: hoc offm̄ dominus se habere testatus est: quādo ait. Jo.viij. Ego sum lux mūdi. Quiꝰ sequit me non ambulatꝰ in tenebris: ait Hugo vbi.s̄.c.viij.

¶ Capitulum.vij. De quinto gradu scilicet subdiaconorum.

[q]Uintus gradus est subdiaconoruꝫ: quoꝝ offm̄ est: oblatiōes ponere in altari pallas ⁊ substratoria lauare vasa sacra tractare: circa altare mi H nistrare. Quibꝰ dicitur. Jsai.51.

Mūdamini q fertis vasa dñi. hoc officio dignatus est dñs vti: quādo linteo se precinxit: z lauit pedes discipulo⁊. Jo. xiij. Magna ergo dignitas huius officij. Si eniz excellentis dignitatis est pparare linteamina regia: z sub eo stare: lectū parare z sibi in mē
I sa mistrare: multo maior dignitas ē: pallas z substratoria sacra lauare: tractare z preparare sub corpore domini: z ante ipsum in altari ministrare. Jdeo multū necesse est talibus: vt sint mūdi: puri: z sancti. Propterea placuit sāctis patribus: vt qz tales ministeria sacra tractant: legem ɔtinētie obseruent: ait Hugo vbi. s. c. ix.

¶ Capitulum. viij. De sexto gradu scilicet diaconorū

Sextus ordo est diaconorū. Et merito sextus propter senarij numeri perfectionem. hor⁊ officiū est mini-
K strare in omnibus que agunt in sacramētis inferre disponere oblationes in altari cōponere: mensam dñi z vestire: crucem ferre: pdicare: ad orandū populū hortari: z ad flectēda genua z pacē dñi annūciare. h offō dñs vsus ē qñ ppriis māib⁹ sacra ɔfecta discpēsauit z ad orationē discipulos inuitauit. Mat. xxvi. Vigilate z
L orate. hi debēt eē pleni spū septiformi: put legit i figura actu. vij vbi habet: q apostoli elegerunt septez viros boni testimonii plenos spiritu sancto. Et debēt esse ab oib⁹ sordib⁹ mūdi et vītiib⁹ pditi: put dicit. i. thimo. ij. Diacones iqt pudicos nō bilingues nō vinolētos nō turpe lucrū sectātes. Debēt ēt eē cōstātes z firmi. Jō ait domin⁹ ad Moysen q leuite seruirent in tabernaculo a viginti ānis z supra. Quia hec etas robusta est ad onera portandi. vnde z super sinistruz humeruz stola imponitur. Et successores apostolorum docuerunt: vt in matrice ecclesia: septem diacones circa aram assisterent: tanq̄ septem colūbe altaris. Jn quo signatur: q debēt fulgere spiritu septiformi. Jsti sunt septem candelabra aurea Apoc. i. z septē angeli tuba canentes Apoc. vij. his imponitur orariū. i. stola super si- M
nistrum humer⁊: vt sciant: se accepisse iugum domini ad tolerāda sinistra z aduersa. Et accipiūt textuz euangelio⁊ de manu epi: ait Hugo vbi. s. c. x. Eminēs ergo est hoc officium dignitate: iō necessitas habende sanctimonie.

¶ Capitulu3. ix. De septimo gradu scilicet presbytero⁊.

Septim⁹ ordo est presbyterorum: q seniores interpretant. Jsti sunt successores z vicarij septuaginta discipulorum: sicut z episcopi successores apostolo⁊. horum officium est sacramentū corporis dñi in altari cōficere: orationes dice

re:benedicere dona dei. hoc offi
cio domin⁹ vsus est quando post
N cenam: panem ꝛ vinū in corp⁹ ꝛ
sanguinem suū mutauit Mat.
xxvi. hoc ipsuꝫ excellenter offiñ
implēs exhibuit: quando ipse sa
cerdos ꝛ hostia in ara crucis se
obtulit. Horū ꝙ officium est sa-
cramenta dispensare: verbum in
ecclesia facere baptizare: delin-
quentes ad penitentiam vocare:
ꝛ orationū suaꝝ medicatione so
uere: ait Hugo vbi. s. c. xi. Q ex
cellens autē est sacerdotale offi
cium dignitate ꝛ ꝙ excellētes sa
cerdotes esse debeant sanctitate:
patet ex dictis. Quales aūt eē de
O bent: ait Apo. i. thi. di. Cōstitues
per ciuitates presbyteros. Sequi
tur. Si quis sine crimine est. Et
post. Episcopū oꝫ sine crimine
esse: non iracūdum: ꝛ sic de alijs
vbi sub nomie epi: presbyteri in-
telliguntur: ait Hugo vbi. s. Jō
inquit Apo. ad thimoteū tradēs
de ordine episcopi ꝛ diaconi: ꝛ ta
cito de presbyteris reliquit eos in
telligendos sub nomine epoꝝ:
asserens: eos tales esse debere q̄-
les epos. vnde ꝛ qn̄ presbyteri or
dinantur: epus ponens man⁹ su-
per capita eoꝝ inuocat super eos
spiritū scūm: ꝛ manus inungunt
vt cognoscant se accipere gratiā
consecrādi: ꝛ opera misericordie
exercēdi. tē super vtrūq; hume
rum stolā accipiunt: vt intelligāt
se ministros esse dei per arma iu
stitie a dextris ꝛ a sinistris. vt eos P
nec aduersa frangāt: nec ꝓspera
extollant: ait Hugo vbi. s. Et de
his gradibus decretoꝝ di. xxv.
¶ Ex dictis patet quales esse de
beāt clici ꝛ ecclastici: omnes. n.
in quocūq; sint gradu vel ordie
debent esse sanctitate immacula
ti ꝛ puri: ex quo sunt ministri sal-
uatoris ꝛ creatoris. De ipsis eniꝫ
specialiter dicitur. leuiti. xxi. san- Q
cti erunt deo suo. Sequitur. Qui
habuerit maculam: non offerat
pāes deo suo: nec accedat ad mi
nisterium eius si cecus fuerit vel
claudus. Super qd Gre. pasto.
xx. c. xi. Cecus est: qui supne cō-
templationis lumē ignorat: clau
dus: qui viam vite tenere nō va
let. Et sic de alijs: ꝓut ibi expōit
bene. Jō Jsai. 51. Mūdamini
qui fertis vasa domini. ¶ Item
ex dictis patet ꝙ debēt esse orna
ti decore virtutum. Si enim oēs
fideles debent abijcere opera te-
nebraꝝ: ꝛ induere arma lucis:
ꝓut hortat Aposto. ro. xij. mlto R
amplius ministri dei sibi seruien
tes in templo sancto suo. Jn cui⁹
figura in indumentis mundis ꝛ
pulchris ministrabāt in templo
legali. ps. Sacerdotes tui induā
tur iustitiam. Omnes enim fide
les dicunt sacerdotes: qꝛ mēbra
xpi. summi sacerdotis: ait Aug.
xx. de ci. c. xi. multo magis ergo
ministri eius dicunt sacerdotes.
¶ Secunda distinctio. De per-

fectione clericorum q̃les eẽ debẽt
¶ Capitulũ primũ. Qđ debent
esse scientia prediti.

Item ex predictis pa/
tet: q̃ clerici debẽt eẽ
S scientia prediti celesti
ait Hugo vbi.s̃.c.i.
Clericus inquit secre
torum dei non debet esse ignar⁹
q2 dei nuncius est ad populũ. vñ
ꝛ lectores qui sunt in infimo or/
dine debent habere sensum eo/
rum que legunt: vt habitum est
supra: ne dicat᷑ eis. Isai. lv. Spe
culatores eius ceci.

¶ Capl'm. ij. Qđ clici sint mori
bus ornati.

Item debẽt esse morum
grauitate maturi absq͂
leuitate corporali: ex quo
sunt mistri ꝛ laudatores dei p̃s.
In populo graui laudabo te. vñ
T ꝛ Ambro. ij. de offi. de se loquẽs
meministis inquit quendã ami/
cũ cum sedulis videretur se cõ/
mendare officijs. hoc solo tamẽ
a me in clericũ nõ receptũ: q̃ ge
stus eius dedecerent plurimum.
Et ibi de alio. Alterũ aũt cum in
clero reperissez meministis: me
V dicere ei. ne vnq͂ p̃iret: q2 velut
quidam insolens scilicet incessus
v̾bere oculos meos feriret. Nec
fefellit sentẽtia. vterq͂ eniz ab ec/
clesia recessit. Leuitas enim secu
laris: gestus histrionicus: ꝛ vesti
tus curiosus ampli⁹ inhonorant
clericum q̃ honorant. De quibus
Hierony. ad Eustochiũ. epistola
lxxiiij. Sunt aliqui de ordine no
stro homines: qui iđ ad presbyte X
ratũ ꝛ diaconatũ ambiũt: vt mu
lieres licentius videant. Omni/
bus his cura de vestibus: si bene
oleant: si pes laxa pelle non folle
at: crines calamistri vestigio ro/
tant: digiti anulis radiant. Seq̃/
tur. Tales cum videris: sponsos
estimato non clericos. Et de infor
matione clericoꝝ: quales esse de
bent Hiero. sufficienter epistola
xxxiiij. ad Nepotianum: de vita
ꝛ honestate clericoꝝ. vbi instruit
clericos multipliciter dehortan/
do que eis discõuenientia sunt: ꝛ
hortãdo vtilia. Quos specialiter
monet: vt sint frugalitate sobrij.
Ubi ait. Nunq͂ vino redoleas ne Y
audias illđ phi. hoc nõ est oscu/
lum porrigere: sed poculum ꝓpi
nare: loquens de vinolento q̃ si/
bi porrexerat osculum. vinolẽtos
enim sacerdotes damnat Apo.
i. thi. i. ꝛ vetus lex ꝓhibet Leui.
x. Et ibidez Hierony. Conniuia
tibi sunt vitanda secularium. Et
ibi bene de hoc.

¶ Capl'm. iij. Qđ clerici sint ca/
stitate puri.

Item monet eos: vt sint
castitate puri: ꝛ a mulie/
rum consortio segregati.
vnde ait. Hospitiolũ tuum aut
nunq͂ aut raro mulierum pedes
terant. Sequitur. Ne sub eodẽ
tecto mãseris: nec in preterita ca Z

stitate ꝯfidas: qꝛ nec Dauid san/ ctioꝛ: nec Sansone foꝛtioꝛ: nec Salomone potes esse sapientioꝛ Qui tamen lapsi sunt per mulie
A res. Et idem ep̄la.xli.ad Occea/ num de vita clericoꝛuꝫ.prima in quit temptamenta sunt clericoꝝ frequēs feminaꝝ accessus. Isti/ usmodi sexus reprehēsibiles ex/ hibet clicos. Quid tibi cuꝫ femi nis qui cuꝫ domino ad altare fa/ bularis. Et ibidem. feminaꝝ cuꝫ clicis nullo pacto ꝯiūcta permit titur conuersatio. Janua diaboli via iniquitatis: scoꝛpiōis ꝑcussio nociuūq; genus femina cum ꝓ/ ximat. Stipula incendit ignem. Flāmigero igne femina percutit ꝯscientiaꝫ pariter habitantis: exu ritq; fundamenta montiuꝫ. Ego iudico: si cum viris femine habi/ tent: non deerit viscariū diaboli. Ex his aucupatum est ab initio peccatum. Ferreas mētes libido domat. Nūquid abscōdere pōt hō ignem in sinu suo: ⁊ vestimē ta illius non ardeant: prouer.vi. Mihi inquit crede. Non potest toto coꝛde cum dn̄o habitare: q feminarum accessibus copulat. Thamar eniꝫ a f̄re coꝛrupta ē.ij. R.xiij.c. ⁊ Tecla post pauonis tē ptationem Anthiochie cū paulo pergere pariter phibet. hec Hie ro. Miro enim modo antiq pa
B tres fugiebant consoꝛtia mulieꝝ ⁊ cohabitationem. Sicut recitat Grego.lx. Registri di. q̄ beatus

Augu. nec cūm soꝛoꝛe habitare consensit. di. Que cū soꝛoꝛe mea sunt: soꝛoꝛes mee non sunt. Naꝫ diabolus per mulieres tēptat iu/ giter sanctos viros. Job.ij. Dixit ei vxoꝛ sua ⁊c. vbi Grego. moꝛ. ij. Coꝛ mulieris tenuit hostis q̄/ si scalaꝫ: qua ad coꝛ viri ascende re potuisset. hmōi exemplū patet iij. dial̄. c. vii. de Andrea episco/ po fundensi: in cuius domo ha/ bitabat sanctimonialis queꝫ im/ C
pugnauit diabolus multis annis tēptādo de illa. Qui tandē alapā vnam super humeruꝫ mulieris dedit. Qđ fuit reuelatum in con silio demonū coꝛam iudeo. Qui reuelationeꝫ ep̄o indicauit vt pe niteret: sicut patet ibi. Et in vitis patruꝫ li.iij. ꝑte.v. habetur q̄ de/ mones ondērūt mulieres mona cho iuueni de nocte. Quas po/ stea cuꝫ vidisset: q̄siuit: que eēnt ille. Cui ait senex: q̄ erant mona chi de seculo. Et similiter ꝑte se/ cunda. ait senex. eamus in solitu dinem vbi non est mulier. Et ibi dem. oꝛauit Arsenius vt de⁹ dele ret de coꝛde suo memoꝛiam mu lieris que rogabat eum: vt oꝛaret D
pꝛo ea. Et parte secunda de sene qui noluit videre mulieres. Qui requisitus q̄re: rn̄dit. Cogitatio/ nes sunt sicut pictoꝛes inquietā/ tes ex cōmemoꝛatione reruꝫ vi saruꝫ. Et parte quarta. de quodā qui matrem suaꝫ allog noluit ni si oculis clausis. Et de alio q no

luit tangere carnē matris dicēs φ caro mulieris ignis est. Et dialogorū.iiij. ait presbyter moriēs illi que fuerat vxor sua. Recede mulier: igniculus adhuc viget: tolle paleā. Si igitur sancti patres afflicti et extenuati ieiunijs sic fugiebant consortia mulierū. Quāto magis clerici iuuenes bulientes libidinis ardoribus et voluptatibus vt enim ait Hiero. epla.xcviij. Non ethnei ignes non vulcana tellus. nō viscus et olympus tātis ardoribus estuāt: vt iuueniles medulle vino plene et inflāmate. Si
E
eni perfectus edixit: ne q̄s minus qui q̄ginta ānos habēs hospitio matris familias vteret. et si mulieres expelluntur de castris militum: vt habitū est.ī.parte prima: q̄to magis prelatus ecclesiasticus debet esse sollicitus: ne sit suspitiosa cohabitatio clericorū et mulierū. Et de hoc decretorum di.xxxij. interdixit: φ mulieres non debent cohabitare cū clericis. Nec debēt frequētare clerici domos mulierum vel virginum: aut cohabitare di.xxxiiij. Clericus solus. et cōtra cōcubinarios di.xxxiij. et.xxxiiij.

¶ Capitulū.iiij. Q̄d clerici sint ab auaritia liberi.

Item monet btūs Hieronimus in p̄dicta epistola clericos: d̄ auaritia cauenda: et de largitate munifica. vnde epistola. xxxiiij. Obsecro itaq̄: et iterū atq̄ iterum repetēs moneo: ne affectū clericatus: genus antique militie putes: nec lucra seculi in xp̄i militia q̄ras: nec plus habeas q̄ q̄n clericus esse cepisti. Sequit. Procuratores atq̄ dispensatores domorū alienarum: clerici quomodo eē possunt: qui proprias iubent cōtemnere facultates. Amico rape quicq̄: furtū est: ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse aliq̄d errogādū pauperibus et esurientibus apertissimi sceleris est: aliq̄d inde subtrahere omniū predonū crudelitatē superat. Et post. Ille est optimus dispensator qui nihil sibi reseruat et de his decretorum di. xliiij. hospitalitatē. de qua dicetur ī. vbi de ep̄o.
F
G

¶ Capl'm.v. Q̄d clerici sint a secularibus negotijs expediti.

Item monet Hiero. in dictis epistolis: φ clerici sint a negotijs secularibus sequestrati: et diuinis ministerijs ac vsibus mācipati. vnde dicta epistola ait. φ clericus est sors domini. i. possessio. vt habitum est. vnde ait ibi. Negociatorem clericum quasi quandā pestem fuge. Sequitur cōuiuia secularia tibi vitanda. Et post. Facile cōtemnitur clericus qui sepe vocatus ad cōuiuium non recusat. Et Gre. de his bene in registro. et decretorum. di. lxxxviij. df. φ clerici no debent super se negocia secularia assumere nec negociato-
H

res esse. Et qr de vita & honestate
clericorū sufficienter tractat Hie
ro. in dictis epistolis: & similiter li
bro. iij. decretaliu3 a principio. &
post. hec in cōi sufficiant de cleri
corum siue ecclesiasticorum condi
tionibus.

¶ Capl3. vi. Quales esse debēt
sacerdotes.

C Onsequenter videndu3
est qualiter admonendi
sunt sacerdotes specialr.
Qui q̄to eminentiores sunt di
gnitate ordinis: tanto esse debēt
eminentiores excellētia virtutis.
Sacerdos enim df a sacrifican
I do: ait Jsido. libro. vij. c. xxij. Et
Greg. in pastorali. c. xvi. Sacer
dotes dicuntur qui vt sacrū du
catu3 prebeant presunt. Et Ber.
ad Eugenium lib. iiij. Sacerdo
tes ceteris honestiores sunt: aut
fabula. vnde & apud gentiles sa
cerdotes siue flāmines i magno
erant honore & vite austeritate.
K Ait Plato in thimeo. li. i. q̄ apō
Athenieñ. predicti sacerdotes se
parati a cetero populo ꝯueniebāt
ne aliqua prophana contagione
eoꝶ castitas fedaretur. Et Señ.
primo de clementia dicit: q̄ a sa
cerdotio repellebantur apud gen
tiles captiue: ꝓstitute: & homici
de. hee aūt non poterāt petere sa
cerdotiū: qr sacerdos debet eē ca
sta cū castis: pura cū puris. Lo
L quitur enim de virginibus mini
strātibus in sacris ipsi dee veste:
vel alteri demonio. vñ ait. Jndi
gnū sacerdotio dicerem q̄ transi
ret ꝑ lupanar. Et de hoc Hiero.
ꝯ Jouinianum. Cremon inquit
stoycus vir eloquentissim⁹ de vi
ta sacerdotum antiquorum nar
rās ait: q̄ omnib⁹ ꝑpositis nego
tijs semꝑ in templo fuerūt: & re
rum naturas cāsq3 ac syderū ra
tiones cōtemplati sunt. Nunq̄3 M
se mulieribus miscuerūt. Nūq̄3
cognatos propinquos ac liberos
viderūt ex eo tempore quo cepe
runt diuino cultui deseruire. Car
nibus & vino se semper abstinue
runt propter tenuitatem sensus &
vertiginē capitis quam ex paruo
cibo patiebantur maxime ꝓpter
appetitus libidinis qui ex cibis
nascuntur. Pane raro vescebā N
tur ne onerarent stomachū. Et
si quando comederent: tonsū hi
sopum pariter sumebant in cibū
vt escam grauiorē: illi⁹ calore de
coquerent. Oleum tantū in ole
ribus nouerunt. verum & ipsum
parum propter nauseā & aspitatē
gustus leniendam. Quid loquar
inquit de volatilibus: cū oua quo
q3 & lac ꝑ carnib⁹ vitarēt: Quoꝶ
alterum: carnes liquidas: alterū
sanguinem: colore mutato eē di
cebant. Cubile eoꝶ de folijs pal
marum quas balas vocant ꝯte
xtum erat scabello: accliue: & ex
vna parte obliquu3. ꝓ puluillo
lapidem capiti supponebant: bi
dui triduiq3 inediam sustinentes

humores capitis qui nascunt ex
otio ex mãsione vniꝰ loci nimia
victus maceratione siccabant.h
O ibi.Sequitur Euripides:in Cre
ta Iouis.pphas non solum car/
nibus: sed etiam coctis cibis ab
stinuisse fert.Ibidẽ recitat Hie
ro.vba Iosephi.li.ij.⁊.xviij.De
phariseis:seductis:⁊ ethceis:quo
rum nouissimos multis efferre
preconijs.ꝙ scilicet vxoribus ⁊
vino semper abstinuerũt:⁊ quot
tidianũ vterunt ieiuniuz in nãz.
Ibidem etiaz narrat:ꝙ Cautes
⁊ Asclepides aiunt: etate q̃ Pi/
P gmalion regnabat in oriente esũ
carniũ non fuisse.Et ibidem Eu
bolus narrat:apud persas tria
magorum genera fuisse.quorum
primos qui erãt doctissimi ⁊ elo
quentissimi:excepta farina ⁊ ole
re:nihil sumere.Et ibidẽ:ꝙ apd
Melcusinam volucribus ⁊ pisci
bus ⁊ quibusdaz pomis abstine
re:solemne scilicet fuit.Ibidem
similiter dicitur:ꝙ Berdesanes
apud indos gimnosophistas di
uidit quorũ vnuz dicit Bragma
nos:alterum Samoneos:qui tã
te continentie sunt:vt vel pomis
arborum:vel punico cortice: vel
farine alantur cibo.Et cũ rex ad
eos venerit adorare eos solitꝰ sit
Q pacẽq sue.puintie in eoruz preci
bus arbitrari.Si ergo flamines
gẽtiles siue sacerdotes in suis su
perstitiosis cultibus ⁊ ritibꝰ Sa
thane seruientes:se a lasciuijs ab
stinent ⁊ secularibꝰ negocijs sub
trahũt castimonijs carnis sema
cerant:vt quietius possint in suis
ritibus ministrare: quales eẽ de
bẽt sacerdotes dei altissimi vt di
gne sibi seruiãt:quibus ꝯmissus
est populus redẽptꝰ sanguine suo
⁊ qui sunt mediatores inter deuz
⁊ populum: quibus promissus
est summus honor in regno dei
si bene seruiant.Duplici eniz ho
nore digni sunt qui bene psunt
psbyteri.i.thi.v.c. Preterea fla R
mines gentiles: ⁊ si essent praue
vite anteq̃ essent flamies: postea
tamen consueuerunt vitam suaz
corrigere fm modũ eorum:.put
ait Vale.li.v.c.ix.di.ꝙ Valerius
flacus luxu perditaz vitã inchoa
uit.Ceteꝝ a Licino pontifice fla
men factus: quo facilius a vitijs
recederet: ad curã sacroꝝ ⁊ ceri/
moniarum ꝯuerso animo:vsus
duce frugalitatis religione: q̃tuz
prius fuit exemplũ luxurie:tantũ
postea modestie ⁊ sanctitatis spe
cimen fuit.vnde Hierony.epla.
xcvi.ait.ꝙ sacerdotes gentiles S
erãt vnius vxoris viri.Et virgi
nes veste ⁊ Appolinis: in perpe
tua sacerdotij virginitate marce
bant. Sed heu hodie ꝯtrariũ ẽ
i multis:qui pfectiorijs vice sunt
anteq̃ sint sacerdotes ⁊ episcopi
q̃ postea.

¶ Capl'm septimum.Qd sacer/
dotes sint sollicitti circa curam si/
bi commissam.

Uales aūt eē debē ecclesiastici siue clici respectu ecclie sufficiēter dic̄ Ber.
T sup Cant. Omel.lxxviij.loquēs de talibus.q.s. boni sunt vigiles q dormientibus nobis ipsi vigilant quasi rationē pro aiabus nostris reddituri: Boni custodes: q vigilantes aio: atqz in orationibus pernoctantes: hostium insidias sagaciter explorant. Anticipant consilia malignantiū: deprehendūt laqueos: elidūt tendicula rhetiacula dissipāt: machinamēta frustrant. Hi sunt fratrum amatores: et populi xpiani: q multum orant pro populo et vniuersa san
V cta ciuitate. Seqtur. Ciuitas: est sancta eccl'ia propter populi collectionem. Spōsa ꝓpter dilectionem. Ouis propter mansuetudinem. Et post. Ciuitas est: vigilate ad concordiam. Sponsa ē: studete ornatui. Ouis est: intendite pastui. Sequit custodia: vt sit sufficiens: trifaria erit.s.a vi tyrānorum: a fraude hereticorū: a temptationibus demonioꝝ. Ornat9 sponse sit in bonis operibus: moribus: et oratiōibus. pastus in scripturis. Sz distictio ē: vt mādata ipōnātur duris: olera dispensationum infirmis: consilioꝝ solida et fortia que in intimis sapientie ꝓponunt: sanis et perfectis. Debēt ergo esse sacerdotes et eccliastici vigiles: custodes: milites pugiles
X Jsa.lxiij: Super muros tuos hierusalem constitui custodes: tota die et nocte non tacebunt. Itez debent sicut sponsam diligere ecclesiam: ornare sacris admonitionibus: et secundare gignendo filios dei. Jsa.lxij. Gaudebit sponsus super sponsam. Item debent eam pascere pascuis celestibus: sicut boni pastores: Ezec.xxxviij. Suscitabo pastorē meū q pascat eas. Et ibidē: de nō pascētibus vhe pastorib9 q pascebāt semetipsos. Jo.x. Bon9 pastor aiaz suā dat ꝓ ouib9 suis. Sz ecōtra ē de Y
mltis: q nō se tales exibēt eccl'ie sibi cōmisse. De quib9 Ber. sup Cañ.omel. lxxv. Pauci sūt ad modū q non q̄rant que sua sunt Ex oibus caris eius. Diligūt munera: nec possunt pariter diligere xpm: q manus dederunt mamone. Sed vnde hāc illis exuberare estimatis rerum affluentiam: vestium splendorē: mensaꝝ luxuriam congeriē vasoruz argenteorum et aureorū: nisi de bonis spōse? Jnde est: q ista pauper inops et nuda relinqtur: facie miseranda: inculta hispida: exanimis.ꝓ Z
pter hec: non est hoc tempore ornare sponsam sed spoliare: nō custodire sed perdere non defendere: sed exponere: nō instituere sz prostituere: non pascere sed mactare et deuorare: dicente domino Vhe illis qui deuorāt plebez meam sicut escam panis. ¶ Multis alijs modis se habent ecclia

stici ad ecclãm sponsam suaꝫ: si
A ue superiores prelati: siue inferio
res: qbus est aiarum cura com-
missa. Sunt eni sicut agricultores:
edificatores siue architecto-
res. i. cor. iij. Dei agricultura estis
dei edificatio estis seqr. Ut sapiẽs
architect' fũdam͞tũ posui. ¶ Itẽ
B ecclesiastici habent se ad ecclesiã
sicut milites eius: ꝛ sicut vineaꝝ
plãtatores. i. cor. ix. Quis militat
vnꝗ̃ suis stipendijs? Quis plan
tat vineam: ꝛ de fructu eius non
edit? Et sic multis alijs modis se
hñt prout infra dicet. Predica-
tor ergo diuinus: de his conferat
cum clericis ꝛ ecclesiasticis: ꝛ vt q
libet viuat ẜm status sui dignita-
teꝫ: hortet quẽlibꝫ: vt exerceat su
am debitam operationem ẜꝫ gra
dum sui ministerij: ne de eis ve-
rificet illud qđ ait Ber. ad Euge
C nium li. iij. Quid sibi vult: ꝙ cle
rici aligd esse: ꝛ aligd videri vo-
lunt? Iniquũ est minusꝗ̃ sinceꝝ
Nempe hitu milites: questu cle
ricos. actu neutrũ exhibẽt. Naꝫ
neꝗ̃ pugnant vt milites: neꝗ̃
vt clerici euangelizant. Cuius er
go sunt ordinis? Cum enim vtri
usꝗ̃ esse cupiunt vtrũꝗ̃ deserui-
unt: vtrũꝗ̃ confundũt. Et vnus-
qſꝗ̃ igr i ordie suo resurgat. In
q̃ isti. An nõ q sine ordie pecca-
uerunt sine ordine peribunt. ꝛc.

¶ Tertia distinctio. De informa
tione episcoporum.

T qꝛ ex clericis eligũt
episcopi: prout dicit
c Hiero. epistola. xliij.
ingens ꝙ Alexãdrie D
a Marco euangeli-
sta vſꝗ̃ ad heraclam ꝛ Dionisiũ
episcopos a pꝛ̃sbyteris semp vnũ
esse electum: ꝛ in excellẽtiori gra-
du collocatũ: epm̃ nominabant.
Quẽadmodũ si exercit' Impe-
ratorem faciat: aut diaconi eligãt
de se quem industriuꝫ nouerit: ꝛ
archidiaconũ vocent. Quid eniꝫ
excepta ordinatiõe episcopus ꝗ̃
presbyter facit? Seqtur. Presby
ter ꝛ epũs. aliud etatis: aliud di-
gnitatis est nomẽ. Et de hoc Hu E
go vbi. ẜ. c. xij. Sacri canones dif
finiunt: neminẽ in epm̃ eligẽduꝫ
nisi prius in sacris ordinibus reli
giose fuerit cõuersatus. ¶ Pri-
mo ergo sunt omnes ecclesiastici
admonendi de ambitione digni
tatis ꝛ plationis cauenda. ¶ Se
cundo de electione canonice ac
legiptime facienda. ¶ Tertio de
dignitate ecclesiastica ac prelatio
ne humiliter ꝛ cum timore susci-
pienda. ¶ Quarto de ipsa digni
tate iuste ꝛ prouide gubernanda.
ꝛ de virtutibus ꝛ officijs ipsoruꝫ
regentium.

¶ Caplm̃ primũ. Qđ auctoritas
ecclesiastica non est ambienda.

Relatio eniꝫ siue digni-
p tas potestatis non est in
ordinate ambienda: nec cupidi-
tate appetenda: nec presumptuo-

se assumenda: vt.s. in parte ha
bitum est parte prima ꝓpter mul
tas causas: vt dictũ est ibi. Et ma
xime prelatio ecclia∫tica: non est
F ambitiose appetenda: tũ qꝛ minꝰ
est homini debita ꝙ̃ prelatio ter
rena. Jlla eni vt sepius debet ho
mini iure legiptime successionis.
Non sic aũt de prelatione ecclia
stica: prout dr Hebr.v. Nemo
sumat sibi honorem: sed q vocat
a deo tanꝙ̃ Aaron. Jdeo dr ec
clesiastico viro: ꝙ est sacerdos sꝫ
ordinem Melchisadech: de cu
ius successione non legit. ¶ Iteꝫ
non est ambitiose appetenda: qa
G nimiũ periculosa: ne aie cõmis
se pereant: ⁊ multũ laboriosa re
cte ministrantibus.i. Thi.v. Si
quis episcopatum desiderat: bo
num opus desiderat. Super qd
Hiero.epl'a.xliij. Opus inqt nõ
dignitatem: laborẽ non delitias:
opus per quod humilitate decre
scat: non fastigio intumescat. Sꝫ
qꝛ rarum est ⁊ difficile sic appete
re opus ⁊ laborem: sine honore
⁊ alijs: Jdeo periculosum est val
de: in prelationibus ecclesiasticis
H appetere opus ⁊ laborẽ sine alijs
¶ Item appetens: sibi prelatio
nem conferri: eo ipo non est ve
rus episcopus aut ꝓlatus. ait Au
gu.ix de ci.c.xix. exponens illud
ad Thimo. Qui episcopatũ desi
derat. Scopos intentio. Scopin
I latine diceret supintẽdere possu
ctuz cũ episcopo in dialetica mo-
uebat in tantuz ꝙ fiebat ingens
spectaculum conuenientibus ad
audiendũ: non poterat concludi B
phus aut astringi. Tanta enim
dicendi arte obiecta. omnib⁹ oc-
currebat. ꝙ vbi maxie putabatur
astrict⁹: velut anguis lubrica la-
beret. Quod videns qdaz ex cõ
fessoribus vir simplex ⁊ nihil ali-
ud sciens nisi Iesum xp̄m: ⁊ hũc
crucifixum poposcit: se cum pho
sermocinari. Quod audientes il
q̄ nouerant eius simplicitatẽ: no-
lebant pati: ne risui efficeret san-
cta simplicitas. Sed ille perstitit
mouens sermonẽ ⁊ dicẽs. In no
mine Iesu xp̄i: phe audi me: ⁊ q̄
vera sunt. Deus vnus est q̄ fe-
cit omnia: ⁊ creauit virtute verbi
sui. Hoc verbum est sapientia:
quem nos dicimus caro factũ. Et C
filius natus p passionez ⁊ mortẽ

nos a morte

nos a morte liberauit: et resurre-
ctione sua vitã nobis eternã pro
misit. Quem omniũ iudicem ex
pectamus. Credis ita phe. At il-
le velut si nunq̃ vllũ sermonem
ꝯdicendi didicisset: ita stupefact⁹
virtute verborũ: ac mutus: hoc
solũ ad omnia potuit respõdere.
Ita sibi videri: nec aliud posse ma
gis esse verũ. Cui senex. Si hec
D ita credis: surge sequere me: et xpi
fidei signaculũ suscipe. Et cõuer
sus phus ait ad omnes. O viri
eruditi: dũ verbis mecum res ge
sta est: verba verbis opposui: et
que dicebantur: dicendi arte sub
uerti. vbi vero virtus pro verbis
processit ex ore dicentis: nec veri
tati resistere: nec hõ aduersari po
tuit deo. Et ideo si quis vestrũ po
tuit in his que dicta sunt sentire
que sentio credat xpo et sequatur
hunc senem in quo locut⁹ est de-
us. Et ita phus: xpian⁹ factus tã-
dem gratulatus est: se esse victum
E ¶ Consimiliter legit libro. ij. hy
storie tripartite. c. viij. vbi dicitur
q cum disputationis delectatiõe
traheretur negociũ fidei vnus e
confessoribus laycis obuiauit di
cens. Audite. Xps et apostoli nõ
nobis artem dyalecticam tradide
runt sed doctrinam euangelicã:
fide pura et bonis operib⁹ obser-
uandam. Quo dictũ omnes appro
F bauerũt: et dyaletici cessauerunt.
¶ Ibidem legitur. q vnius ma
gnificẽtia sermonis illuderet sa-
cerdotibus quidã senex simplex
hoc non ferens accessit proferre
sermonẽ. vnde fuit formido ma-
gna maturioribus. In noie dñi
inquit o phe audi dogmata virtu
tis vnus ẽ creator omniũ: et ver-
bum eius quo creauit omnia: quẽ
filiũ nominamus: cũ hoc credi-
mus. Noli inuestigare studiũ. et
si credis hoc: respõde. At ille stu
pefactus: credo inquit: et mutat⁹
est ineffabili virtute. ¶ Ibidem
legitur: q cum Constantinus im-
perator venisset Bisantium et phi
vellent disputare cũ Alexandro
Constantinopolitano episcopo de
dogmate veritatis. Et cũ eẽt vn⁹
ex omnibus electus omniũ con
sensu: et alij silentes deberent in-
tendere: ait illi sanctus epus. In
nomie iesu xpi impero tibi ne lo
quaris. Sicq; factum est. vt enim
eius audiuit sermonem obligato
ore conticuit. An non igitur hoc G
maius miraculum: an vt lapis:
violentia verbi diuideret: quod
aiunt Iulianũ fecisse Chaldeum.
vt dicit ibi. ¶ Predicator ergo
si vult vt verbũ eius sit efficax:
hauriat fluenta gratiarum a deo: q-
bus se impleat: et amore diuino
ferueat: ipsũq; verbi auctorẽ ex-
oret: vt verbo suo virtutẽ tribuat
ad corda auditorum penetranda.
Hominis enim est preparare ani
mum: dei autem gubernare lin-
guam: puer. xvi. Vere enim dñs
dabit verbum euangelizantibus

virtute multa: illis scilicet q sunt
vere euãgeliçãtes. ¶ Hanc gra
tiam habuerũt sancti quidam a
H summo magistro: qui verba pro
ferebat ƀm auditorũ qualitatem
vnde Haymo. sup primã ad cho
rinthios. In vita inquit sancti Ce
sarij legitur: ꝙ spũs sanctus ser-
monem eius disponebat vt oĩuz
conscientias verbis pcuteret: q̃si
si auditores sibi eas mãifestassẽt
¶ Ibidem narrat: ꝙ quidã ado
lescens hõ scelestus: beato Au-
gustino ꝑdicante intrauit: statiqꝫ
ipso non attendente: sermo eius
I versus est ꝯ vitia illius. Qd ille
considerans a deo sibi reuelatuz
esse de se credit: ꝛ emẽdatus est.
¶ Similiter idẽ narrat de se. vi.
confessionũ: ꝙ ipso docente ali⁹
intrauit: ꝛ ille non cogitãs: de lu
do cui ille erat intentus cũ irrisio
ne mordaci locutus est. Qd ille
in se rapuit: nec ꝑpter aliud q̃ꝫ ꝑ
pter se hoc dixisse credidit: ꝛ qd
alius acciperet ad succurrendũ:
ad se ardentius diligẽter ipse ac-
cepit scilicet exiuit de illa fouea:
K vt apte tibi scilicz deus: ait Aug.
tribueretur eius correctio. p me
quidem illam scilicet necessitatẽ
operatus es. loquitur ad deũ ꝛc.
¶ Consimiliter legitur de eo in
vita sua: ꝙ eo docẽte: sermo eius
ꝓcessit infra errorẽ manicheorũ
Et cuz sederet ad mensam dixit
L socijs: se admirasse de hoc. Et cũ
illi idẽ dicerent: credo inquit: do
minũ aliquẽ curasse ab errore: in
cuius manu nos ꝛ sermones no
stri sumus. Et post biduũ: venit
ad eum quidam flens ꝛ cõfitẽs
se fuisse manicheuz: quousqꝫ au
diuit eũ loqui in ecclia. Quia ca
tholicus est: ꝛ postea presbyter.
Pro quo ipse gratias egit deo.
¶ Humiliter igitur ꝛ feruenter
oret predicator: vt deus sermo-
nes eius dirigat pro vtilitate au-
ditorum. Nec sibi tribuat in ali-
quo: si sint conuersi ad deuz oc- M
casione sermonis sui: qz ipse de⁹
ꝯuertit populũ suum ad se p sim
plices sicut per sapientes. Stulta
enim mundi elegit deus vt confũ
dat sapientes. i. cor. ¶ Unde legi
tur libro. x. ecclesiastice historie: ꝙ
gens hyberorũ que sub axe põ
to iacet per vnam captiuã mulie
rem conuersa est. Fuit enim apd
eos vt dicitur ibi quedam capti
ua fidelis: ducẽs vitam sobriam
ꝛ pudicaz. iugiter orans. Cumqꝫ
quereretur ab ea: quid hoc vellet
respondit simplr: se xp̄m verum
deũ hoc ritu colere. Erat aũt ibi
mos: ꝙ cuz paruulus egrotaret:
circũferebatur a matre p singu-
las domos querendo remedia. N
Et sic semel venit vna cum filio
egroto ad domũ vbi captiua hec
erat: ꝛ q̃siuit ab ea si sciret aliqd
remediuz. Que respondit: nihil
aliud se scire remedij. Sed xp̄m
quez colebat affirmauit posse da
re salutez. Cũqꝫ ciliciũ suum par

tulo superposuisset: ⁊ orõnem fu/ disset ad deũ: sanuȝ reddit infan/ tem matri. Cuius facti fama dis/ currit per omnes vsqȝ ad aures regine. Que cum grauamine eẽt afflicta rogauit captiuaȝ duci ad se. At illa non abijt: ne presume/ ret amplius ꝙ̃ sexus pmittere vi deret. Ipsa ỽo regina fecit se de/ ferri ad eius cellulam: ⁊ sanata ẽ eo modo quo puer predict᷒. Cui predicauit: xp̃m auctoreȝ esse sue incolumitatis ⁊ vite: qui dat om nibus vitam. Que regina narra uit omnia regi: qui iussit: illi mu/ nera defferri ꝓ salute coniugis. Cui regina. Nihil hoꝝ dignatur accipere. Aurum despicit: argen tum respuit: ⁊ ieiunio q̃si quodã cibo pascitur. hoc solũ muneris ei dabimus: si xp̃m deum suum colamus. Qd̃ rex distulit donec quadam die iuit ad venandum Et cũ tenebre essent densissime: ⁊ cõmilitones eẽnt quasi errãtes ⁊ ipse solus circundatus densissi ma obscuritate: ait. Si vere de᷒ est xp̃s: quem vxori mee captiua predicauit: ⁊ liberet me de his te nebris: eũ vt deũ colam. Que vt mente deuouit: dies reddita est: ⁊ incolumis rediens totũ factum regine narrauit. vocata quoqȝ ca ptiua: docuit eos modũ supplicã di xp̃o: ecclesiam fabricari monuit formãqȝ descripsit: ⁊ omnes cre diderunt dño iesu xp̃o. Cũqȝ co lumne deberent in ecclesia collo cari: nec vna leuari posset: capti/ ua in oratione pernoctauit: ⁊ ma ne cum rex veniret: vidit colũnã super basem suam librate suspen sam: ⁊ cũctis videntibus sup ba/ sem deposita est. Cũ aũt omnes credidissent: ⁊ ecclesia cõstructa esset: legatio missa est ad Constã tinũ imperatorem: vt mitteret sa cerdotes ad implendũ mun᷒ dei ceptum. Qd̃ ⁊ ille fecit cum gau dio ⁊ honore. ¶ Magnifica er go potentia dei: ⁊ mirifica miseri cordia eius q per vnaȝ captiuam fidelem totum regnuȝ conuertit ad fidem: vt sibi soli honor attri/ bueretur. Sanctitas ergo ⁊ vite perfectibilitas plus efficiunt in ꝑ dicatore: vt vtiliter ꝑdicet ꝙ̃ scie lumiositas. Jõ Jsa. xl. Sup mõ/ tem excelsum ascende tu qui euã geliças syon. i. super eminentiam vite prout exponit Grego. super Ezech. vbi. s̃.

¶ Capitulũ. iiij. Qd̃ predicatio sit ꝫm auditorum exigentiam or dinata.

Item debet esse predica tionis distincta ordina/ bilitas pro auditorũ qua litate ⁊ capacitate: ait Greg. vbi. s̃. di. ꝙ predicator pensare debet qd ⁊ quibus loquatur. De quib᷒ bene loquatur: ponens exempla de medico: qui debet considera/ re quomodo sit vuln᷒ ferienduȝ qd̃ medicamẽtum apponenduȝ. Et similiter de agricola: qui pri᷒

considerat terre q̄litatem q̄ se
men iaciat. Prouide ergo predi
cator ꝯsiderare debet auditorum
capacitatem ⁊ qualitatem: vt ſꝫ
hoc sermonē proferat: exemplo
saluatoris qui ait discipulis. Jo.
xvi. Multa habeo vobis dicere
que non potestis portare modo.
S Job.xxvi. Qui ligat aquas in nu
bibus. Ubi Gre.mor.xvij. vt sci
licet non inundatione sciētie sed
moderata distillatione foueātur
auditores. Nam per nubes pre
dicatores: ⁊ per aquas sciētia pre
dicationis innuitur: vt ibi exponit
Et Job.xix. Sup illos stillabat
eloquium meū. Ubi Gre.mora.
xx. In hoc videtur indita sapien
T tia magistrorum. Debet enim subti
liter qui docet ꝓspicere: ne plus
studeat predicare q̄ capiatur ab
auditore. Et Job.xxxviij. Quis
dedit gallo intelligentiam? Ubi
mora.xxx. Gallo intelligentia tri
buitur: cū doctori veritatis discre
tionis virtus vt nouerit quibus:
quid: ⁊ qn̄ proferat diuinitus mi
nistratur. Non eniꝫ vna eademq̄
est ꝯctis exhortatio: q: nec ꝯctos
par morum qualitas astringit. Se
pe enim alios inficiunt que alijs
prosunt. Et ponit exempla plerū
V q̄ herbe que hec animalia refi
ciunt: alia occidunt. Et lenis sibi
lus equos mitigat: ⁊ catulos insti
gat. Medicamētuꝫ qđ hūc mor
bum minuit: alteri vires iungit.
Et panis qui vitam fortium ro
borat: paruulorū necat. ¶ Pro
qualitate ergo auditoruꝫ: formā
dus ē sermo doctorum: vt ⁊ sua sin
gulis congruat: ⁊ tamen a cōis
edificationis arte nequaq̄ rece
dat. Ibidē ēt ait: q̄ intente men X
tes auditorum sunt quasi tensio
nes cordarum strate in cythara: q̄s
tangit artifex plectro: vt reddant
ꝯsonam melodiam: licet nō oēs
vno pulsu feriantur. ¶ Consilr
debet facere predicator in menti
bus auditorum cū plectro ratio
nis: q: aliter admonendi sunt vi
ri: aliter femine: ⁊ sic de alijs: vt
ait ibi: ⁊ secūdo pasto. per totum
¶ Semp tamen predicator pro
uidere debet: q̄ sit predicationis y
veritas: vt nec adulatione: nec
amore: quest⁹ cupiditate: aut pu
silanimitate obmittat quin predi
cet omnibus ṽitatem: exemplo
Michee.i. Re. vltimo. Qui cū
hortaretur loqui placentia rn̄dit.
Uiuit dn̄s: q: quecūq̄ mihi dixe
rit hec loquar. Propha eniꝫ do
cens mendatiuꝫ: ipse cauda est:
operiens scilicet turpitudineꝫ au
ditorum: sicut cauda turpitudinē
animaliū. Isa.ix. Tali predicatio Z
ne indigent maxie potentes mū
di. Ait Sen̄.vi. de benefi.c.xxi.
Mōstrabo tibi: cuius rei iopia
laborant fastigia: qđ omnia pos
sidentib⁹ desit. s. qui veruꝫ dicat
eis. Sequit. Adulādi certamē ē:
⁊ vnū amicorum oium officiū: vna
intētio: q̄ quis blandissime fallat

Ignorauerunt scilicet potẽtes vi
A res suas: dum se taꝫ magnos cre
dunt ꝙ audiunt. Et ponit exem/
plum de Xerse duce exercituum:
cui omnes sui promittebãt adu/
lãdo victoriam. Solus aũt Da/
maꝫathus dixit sibi veꝝ.s. confu
sionem suam: vt habitum est.s.
Cui postea gratias egit: quia so/
lus sibi veruꝫ dixisset: ꝓmisitqꝫ
vt peteret ab eo quid vellet. Qui
petijt vt curru vectus: capite re/
ctam tyaram gerẽs maximã ciui
tatem sardis intraret. Miserabi
lis ergo gens in qua nõ nisi vnꝰ
B inuentus est qui diceret verũ re/
gi: ait ibi. Predicator ergo dicit
deus. pro anima tua nõ confun/
daris dicere verum. Ecc.x. Qđ
constanter fecerunt prophe: apli
⁊ sacerdotes: vt patet considerã/
ti sacre scripture seriem. Jõ.i. thi
iiij. Argue. obsecra: increpa. ⁊c.

¶ Capitulum. v. Qđ predicatio
debet esse virtuosis exemplis cõ
firmata.

I Tem ad predicationem
cõfirmandam debet eẽ
in predicante opeꝝ per/
fectibilitas: ⁊ exemploꝝ virtuo/
sitas. Qui enim fecerit ⁊ docue/
rit: magnus vocabitur in regno
celoꝝ Math.v. Et hec est lex p
C dicatorũ vt impleant que docẽt:
ait Grego. mora. xix. in pncipio.
Job. xxviij. Quãdo põebat plu
uijs legem. Ibi Gre. loquẽdi au
ctoritas pditur: quãdo vox ope/
re nõ iuuat. Job. xxxix. Nũqd
nosti tempus ptus hibicũ in pe
tris. vbi mor. xxx. dicit Grego. ꝙ
oportet vt pdicatores sint fortes
in preceptis: cõpatiẽtes infirmis
terribiles in minis: in exortatio/
nibus blandi. ⁊ sic de alijs q̃ enu
merat. Et. ij. pasto. c. xliiij. dic̃ ꝙ
pdicator debet plus actibꝰ ꝙ vo
cibus resonare. Idem sup Can.
omel. lxx. validior ex vox operis D
ꝙ oris. vt enim ait phus. ethico.
iiij. Actiones sunt credibiliores
scilicet sermonibꝰ in pactõibus ⁊
actionibus. Et cũ dissonant inte/
rimũt verbũ: vt dicitur ibideꝫ in
textu ⁊ cõmẽto. Et Sen. epistola.
cx. Sunt qdã q in signũ simula
te perfectionis vitia quibus ipsi
laborant: in alijs mordent: lace/
rant: ⁊ reprehendũt. ac si ipsi illa
vitia non haberent. Cõtra quos
Hiero. epistola. xc. ad Rusticuꝫ
monachũ de institutione vite ait
Nulli detrahas: nec in eo te san/
ctuꝫ putes: si alios laceras. Accu
samꝰ sepe que facimꝰ: ⁊ cõ nosip/
sos diserti in nostra vitia inuehi/
mus muti de eloquentibus iu/
dicantes. Ideo Apo. Ro. ij. In
quo alium iudicas: teipsum con/
dẽnas. eadem enim agis que iu/
dicas. Sequit. Qui pdicas non
furandũ furaris: q dicis non me
chandũ: mecharis. ⁊c. vt eniꝫ di E
cit Sen. epistola. lxx. Turba sa/
pientũ plus ex moribꝰ ꝙ ex ver/
bis Socratis traxit. qa plus ho/

mines oculis q̄ auribus credūt. Et Sen̄.epistola.cx. Sic ista di/scam⁹: vt que fuerunt verba sint opera. vbi ponit exemplū bonuz di. q i tēpestate gubernator nau/fragabūdus nō ꝓdest. Quid in/quit adiuuare potest rector naui gij attonitus ꝛ vomitans. Non ē loquendū sed gubernanduz. Di/
G cunt enim hec dicit Plato. hec zeno: ꝛ ingens agmen phoꝝ. Fa ciant que dixerint: ꝛ sua eē mon/strabunt. Ideo filius dei cepit fa cere ꝛ docere: actu. ꝑīo. erat eniz potēs opere ꝛ sermōe. Luc. vlti.

¶ Capitulū.vi. Qd̄ oratio pro populo debet esse assidua.

D Ebēt similiter viri eccle/siastici pascere dei popu/lum fructibus orationū ſm Ber. vbi.s̄. Eorum enim est orare deum pro populo: ipsum si bi placando ꝛ cōmendando. ex/emplo Moysi qui ait. Exo. xxxi.
H Aut dele me de libro vite in quo me scripsisti: aut dimitte eis hāc noxiā. Joel.ij. Inter vestibuluz ꝛ altare plorabāt sacerdotes. ꝛc. Ideo enim recipiūt a populo de cimas ꝛ oblationes ad sustētatio
I nem: vt in quiete ꝛ tranquillitate orent ꝑ populo aduocātes ad de um pro eo. ꝓpterea debent scire leges ꝛ consuetudines celici cō/cistorij: ꝛ ante supremū iudicem efficaciter perorare. Sicut enim oratoris ꝓpriuz est. distincte aper te ꝛ ornate dicere: ꝓut ait Tuli⁹ primo de offi. sic est ecclesiastico rum ante deū spūaliter perorare Et de hoc Grego. primo pasto. c.xix. multum. vbi ait. Sit rector singulis compassione proxim⁹: ꝛ ꝑ ꝯctis contemplatione suspen sus. Sed q2 non sic faciunt mul/ K
ti conqueritur dn̄s. Ezech. xiij. Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos muꝝ pro domo domini. Qualiter autez orandū est horis canonicis dictum est in alio tractatu scilicet in dyathario vtinam autem tales essent sacer dotes euangelici orando quales erant legales: De qb⁹ narrat He gippus libro primo: q cū Pō/peius intrasset hierusalem ꝛ tem plū inuasisset: stupebat virorum
animositates: ꝛ nūq̄ remissa offi L
cia sacerdotū in medio belli fu/rore tanq̄ si ꝓfunda pax esset: ni hil deerat solennitati sacrificioꝝ sed victime altaribus imponebā tur. Intrauerant vrbē Romani: ꝛ tamen nullū intermissuz ē offi/cij genus: tanta erat cura ministe rij. Sacerdotes enim vsq̄ ad vl timū in suo numie perseuerabāt ꝛ infulati inter ip̄as hostias neca
bantur. Ecōtra est de multis ho/ M
die qui preponūt officia spiritua/lia volentes comedere cū Hely crudaz carnē sacrificij. i. Re. iiij.

¶ Capitulum septimum. Qua es esse debēt quibus comittitur animarum cura.

¶ Qꝛ predicta officia exercere: non est puerorũ ydiotarũ: nec inexpertorum prouidere debẽt prelati maiores .s. episcopi: ne talibus con ferant ecclias qui non sunt habiles ad talia officia.. Sed in partẽ sollicitudinis assumant viros sapientes ꝛ industrios: sicut precipitur Exo.xviij.c. Prouide tibi viros de omni plebe potentes ꝛ timentes deũ.ꝛc. Et Deuꝰ.i.idez Debent enim saltem imitari pharaonem: q noluit committere pecorum curaz nisi viris industrijs gen̄.xlvij. Si nosti esse in illis viros industrios: cõstitue magr̄os pecorum meorũ. Sz heu hodie puerulis effeminatis ydiotis: ꝛ legem dei ignorantibus: aie sanguine saluatoris redẽpte custodiende ꝯmittuntur. agminibus luporum vndiqꝫ irruentibꝰ. Qd preuidens deus dicit Isai.iiij. Dabo pueros principes eoꝝ.ꝛc. Ideo Ber. ad Eugeniũ lib.iiij. ante fi. Satis epi ad manũ habent quibus aĩs tradãt: Sed cui comittant facultates suas nõ inueniũt Sequitur. Patientius ferimus iacturam xp̄i q̄ʒ nostrã. Quottidianas expensas quottidiano reciprocamus scrutinio: ꝛ cõtinua dñici gregis detrimẽta nescimꝰ. De escaruz precio: ꝛ numero panũ cũ instrumẽtis quottidiana est ratio cũ presbyteris rara celebratur collatio de peccatis. Cadit asina ꝛ est qui subleuet. Cadit aia ꝛ non est qui requirat. Exemplũ de epo: qui noluit comittere pira custodienda puero: cui comisit ecclesiam? Cogitare enim debz episcopꝰ. q ipse est sicut agricultor ꝛ edificator: ꝛ sic̃ architector i.cor.iij. Dei agricultura estis: dei edificatio estis. Sequitur. vt sapiens architectus fundamentũ posui. grandes enim lapides ꝛ quadratos dz ponere in fundamento: exemplo Salomonis.iij.Re. xv. scilicet viros virtuosos: ꝛ tribulationũ pressuris politos. Pastores eniz ecclie: ꝛ ecclesiastici sũt superedificati supra fundamẽtuz apostolorum ꝛ prophetaꝝ. eph. ij. ¶ Item debet statuere columnas fortes: ꝛ erectas ad sustentãdum ecclesiam: quales sunt pastores ecclie ꝛ prelati gal.ij. in fi. hi columne erant. Pro quibꝰ ponere stipulas ꝛ festucas. i. pueros ꝛ leues personas insania est. Exẽpluz de bono episcopo qui rñdit pncipi petenti p leui persona: vt eum statueret in ecclia dicens: q si ipse peteret ab eo vt poneret festucam p colũna in castro suo: eũ non exaudiret. Cum ergo ecclesia sit castrum dei: non debet festuca vel calamꝰ fragilis p columna poni: cũ in ifinitũ sit magis plangenda ruina ecclesie q̄ʒ castri materialis. Et qui tales collocantur: eccliaz destruunt. Isa. xlix. venerunt structores tui de-

struentes.¶ Item episcopꝰ est si
cut doctor ⁊ magister: q2 superin
tendens vt dictum est. Et vt pre
T cipuus doctor ecclie que est scola
summi magistri: q ait Jo.iij. vnꝰ
est magister vester. Sed ars ar-
tium est magister animaruz. ait
Gre. primo pasto. c.i. Magnuz
ergo vituperiuz est epo ⁊ pericu
lum statuere ad regimen anima
rum eos qui artem ignorant. Si
enim ignominia est magistro ar
tium scolam comittere ignoranti
artes ⁊ pncipia: ⁊ artis instrumẽ
ta: multo magis ex parte ista. vñ
Gre. vbi. s̄. Ab impitis magiste
riũ qua temeritate suscipitur: cuz
sit ars artium regimen animaꝝ
¶ Consimiliter cũ epos sit preci-
V puus medicus: comittere talibꝰ
offĩm medicandi periculosuz est.
vnde subdit ibi: ꝙ cogitationuz
vulnera: occultiora sunt visceruz
vulneribus: ⁊ tamen qui spiritua
lia precepta nunq̃ nouerunt: se
medicos profiteri non metuunt
cum eõ: q viz pigmentorum ne-
sciũt: medici corporis videri eru
bescũt. Merito ergo sunt rei ani
marum qui aiaruz curam talibꝰ
comittunt. ⁊ qui eas in curam su
scipiũt. Jõ Jsa.iij. esto princeps
noster. Qui rñdit. Non sum me
dicus. ⁊c. ¶ Similiter epus est
dux aciei iesu xpi ad pugnandũ
X ꝯ hostes. Cuius est eligere viros
expertos ad pugnandũ q possint
aciem deffendere. vnde cant.iij.
in fine. En lectuluz Salomonis
quinquaginta fortes ambiũt: ex
fortibꝰ israel: omnes ad bella do
cissimi. Magna ergo fraus est
assumere pueros ignarros artis
militandi: ⁊ eis dare stipẽdia que
debentur militibus defendẽtibꝰ
aciem xpi. Ait apo. i. cor. v. ꝓuo
cans ecclesiasticos viros. Quis
vnq̃ militat stipendijs suis. Cõ
similiter potest dici quo ad om-
nia officia que sunt eccliasticoꝝ
quale est officiũ pastorale: ꝓcura
torum: gubernatorum. Non ne
in tempestatibus esset insanꝰ qui
nauis gubernacula ꝯmitteret in
fantulo ignoranti cunabulũ suũ Y
regere: maxime fluctibus ⁊ tem
pestatibus surgentibꝰ: vẽtis irru
entibus: ꝑtes nauis dissoluẽtibꝰ:
tenebris inuoluẽtibꝰ: ⁊ bestijs ra
pientibꝰ? Cuz ergo sic, sit de naui
ecclie in tempestatibus huiꝰ mũ
di: eius gubernaculũ non est nisi
industrio cõmittendũ. Qui etiaz
q̃tũcũq3 sit industrius: dz time-
re ⁊ iugiter vigilare: ⁊ artificialr
gubernare. vñ Grego. li.i. Regi
stri. vetustã nauem cõfractã indi
gnus infirmusq3 suscepi. vndiq3 Z
fluctus intrat. Ideo mihi in peri
culo manum orationis porrigas
Si ergo tantꝰ gubernator timuit
in regimine sue nauis: qualiter ti
mere debet q ignorat manũ ad
gubernandum ponere. cum ipse
dicat registri. ix. nauis guberna-
tor cũ aduersari sibi ventũ cõsi-

A derat fluctus quosdã directo cla uo exuperat: ⁊ quosdam quos se superare non posse preuidet infle xo cursu prudenter declinat. Sic inquit sanctitas vestra: quedã cõ pescendo: quedã tolerando miti get. Cum igitur talis magister et doctor nauigij timeat de periculo nauis ecclesie: stult⁹ ẽ quilibz alius: cui cõmissa est ecclesie gu bernatio: qui non timet. Et sic fa tuus est qui indignis cõmittit gu bernaculum: vt dictum est ꝑus.

¶ Quita distictio. Quales eẽ debent iudices ecclia stici.

¶ Caplm primũ. Qualia debẽt esse eorum iudicia.

Quales autem esse debent iudices in republica ecclia stica: q sũt ad modum oculorũ ⁊ aurium: patere põt ex dictis superius de iudicib⁹ secularibus parte .i. ¶ Similiter quales esse debent aduocati siue oratores patet ibidem. Si eni iudices seculares cũ diligentia debent iustitiã exercere: vt habitum est ibi: multo magis iudices eccle B siastici sine litigijs iurgiorum: ⁊ si ne falacijs deceptionũ: sua debẽt iudicia exercere. Talia eni repro banda sunt in viris spiritualibus sit. Ber. ad Euge. li. i. post principiũ. Queso te inquit: q̃le ẽ illd de mane vsqz ad vesperã litigare vel litigãtes audire? ⁊ vtinã suffi ceret diei malicia sua. Non eniz libere sũt noctes. vix relinquit ne C cessitati nature. qd corpusculi pau satiõi sufficiat. ⁊ rursus ad iurgia surgitur. Dies diei eructat lites: ⁊ nox nocti indicat maliciam. Sequit. Tota die perstrepunt in palatio leges: sed iustiniani non dei Et tñ lex dñi imaculata ꝯuertẽs aĩas. Hec autem non tam leges quã lites sunt: ⁊ cauillationes sub uertentes iudicium. Tu pastor ⁊ episcopus animarũ: qua mente obsecro sustines: coram te semper silere illam. s. dei legem: gar rulare istas? Ideo clamandũ cũ D pph̃a. Narrauerũt mihi iniq fa bulationes sed nõ vt lex tua. In his quoqz iudicijs iniuste appel lationes nocent: Quas reprehẽ dit Ber. ad Eugeniũ li. iij. di. In qua est oĩs appellatio ad quã iusti cie inopia non coegit: Et ibi mul tum contra appellationes iniu stas Ubi ponit exempla: ꝙ qui busdam vxores ducentib⁹ appel latuz est ab aliquibus sine causa cuz grauamine: solo frustratorie dilationis intuitu: Similiter po E nit exemplum de quodam qui in iuste apellauit in electione epi ad impediendum Tales igit appel lationes cum sint iustitie impe dimenta: multũ sunt reprehensi biles prout ibi exequit sufficiẽter. ¶ Similiter quales esse debent consiliarij episcopi pz ex dictis su perius parte prima. Ubi de consi liarijs principũ. Si igit principũ

consiliarij debent esse sapientes & prouidi: a muneribus imunes
F & puri: multo magis cōsiliarij epi scoporum. Et de his sufficienter. Ber. ad Euge. li. iiij. Querēdi in quit tibi sunt q sint compositi ad mores: probati ad sanctimoniā parati ad obediētiā. Sequit Nō qui marsupia exhauriant: sed qui corda reficiant: & crimina corrigant. Sicut enim consiliarij pro prie siue legati debent esse tales: quales ibi describit: sic & consilia rij epi suo modo: Et ponit ibi exē pla de legatis bonis q renuerūt ensenia in officijs suis. Sicut de Martino: qui cum fuisset legat⁹
G in Datia. tam pauper rediit: q̄ pe ne expensis & equis deficientib⁹ vix venit florentiā: cui ibi episco pus dedit equum. Quē cum idē eps ad curiā sequeret: & peteret ab eo auxiliū: respōdit. Decepisti me? Nesciebam eni: tibi negocium iminere. Tolle equum tuum i stabulo est. Et eadē hora reddi dit illi. ¶ Ibidem ponit exēpluz de Gnāfredo: q legationē in par tibus equitanie sūptibus proprijs strenue administrauit. Cui cum piscis vnus. i. sturgio eēt a quodā
H p̄sbytero p̄sentatus: a te inquit nō accipio. nisi p̄ciuz dedero: dedit q̄ illi quinq̄ solidos inuito & ve recondo Et cum eidem dn̄a opi di offerret duas pulchras parapsides ligneas: eas laudauit: sed non acquieuit accipere. Quanto minus argenteas recepisset? Hi fuerunt imitatores Abrae: q noluit aliqd accipere a filio subtegminis vsq̄ ad corrigiam calli ge. Gen̄. xiiij. Et Samuel qui ait I
i. R. xij. Si de manu cuiusdam munus accepi. &c. Ad imitationē igit istorū debet omnis consilia rius episcoporum: man⁹ excutet ab omni munere.

¶ Capitulum secundum. Qualis debet esse episcopi familia: & domus.

Tales autē debet eē domus & familia epi. Ber. eodē li. sufficiēter descri bit: vbi ait. Domum epi decet sā K
ctitudo: decet modestia: decet ho nesta harū custos disciplina. Et sequitur. Discant ate ipi tui. Co matos pueros: & comptos adole scentes secū non habere. Inter mitratos discurrere calamistratos non decet: Et ad hec obseruā da & opposita cauēda debet eps esse sollicitus. Unde ait ibi Ber. Sunt que te ignorare nolo: mo res quorūcūq̄ & studia: nō opor tet q̄ scias domus tue vitia vlti mus: qd̄ q̄plurimis nouim⁹ cō tigisse. Alia alius dispēset: Tu di sciplina puide. Hanc nemini tra das. Si insolentior sermo corā L
te sonuerit. vel habitus apparuerit: sit manus tua super huiusmo di. Tu vlciscere iniuriā tuā. Im punitas enim ausum parit ausus excessum. Ad talia enim scienda

ꝛ corrigenda debet esse prelatus
sollicitus. De temporalibus autẽ
cõmitat alijs: vt plus possit vaca
M re diuinis. Unde ait ibi. ¶ Memẽ
to: Saluatorẽ Judã Jconomuꝫ
habuisse. Quid episcopo turpius
ꝙ̃ intendere supellectili ꝛ sbãtio/
le sue: scrutari de singulis: morde
ri de superstitionibus: moueri ad
quecunqꝫ ꝑdita vl' neglecta? Egy
ptius ille? omnibꝰ Joseph tradi/
tis ignorabat quid haberet in do
mo sua. Erubescat igitur xpianꝰ
fratri suo xpiano non credẽs: ex
quo homo sine fide: tantam fidẽ
N habuit in seruo alienigena. Et ni
si tales colaterales episcopus ha
beat. non est plane sanus: ait ibi.
Ber. Ne dixeris te sanum dolẽ/
tem latera. i. ne dicas te bonum:
malis innitentẽ. Jdͦ Apo. connu
merans virtutes epõ necessarias
ait. Sue domui bene prepositũ
filios suos subiectos in oĩ castita
te. ꝛc. i. Thi. ij.

¶ Caplm. tertiũ. Quid signifi/
cent epi indumenta.

h Hec eporum virtutes si/
gnificant pontificalia in
dumenta: ait Hug. ij. de
sacramentis. parte. iiij. c. xviij. di.
O ꝙ episcopi vtunt sandalis q̃ sunt
calciamẽta predicatorꝫ que habẽt
subtus solaꝫ integram: ne pes ter
ram tangat: ꝛ desuper constant
ex corio perforato: qꝛ gressus ꝑ/
dicatoris: subtus debent esse mu
niti: ne terrenis polluant: sꝫ supe
rius aperti ad celestia contemplã P
da. Induũtur caligis bissinis vel
lineis vsqꝫ ad genua: quibꝰ signi
ficat: ꝙ rectos gressus facere de/
bent pedibus suis: ꝛ genua debi/
lia roborant: ꝛ sic ad predican/
dum euangelium festinare. Ba/
culo vtunt: qui habet subtus acu
men vt rebelles per increpationẽ
pungant. ꝛ desuper est recuruus:
vt mites per consolationẽ trahãt
Anulo vtunt: qd ẽ fidei sacramẽ
tuꝫ. quo. s. sponsa xpi ecclia subar
ratur. ¶ Mitra quoqꝫ siue tyara i
capite regimen quinqꝫ sensuũ m Q
significat. Ibideꝫ ait Hugo ante
ꝙ sacerdotalia vestimẽta tã in le/
ge veteri ꝙ̃ in noua designãt eo
rum virtutes quas habere debẽt
Unde in tunica linea significatur
castitas interior: in zona siue i cin
gulo: castitas exterior siue i exte/
riori hoie: i tunica iacinctina cõ/
uersatio celica: i superhumerali la
borꝫ patiẽtia: i rõnali discretiõis
sapia i cydari intẽtio recta: i femo
ralibus que tegũt verenda nutri
mentũ castitatis. Hec eni erãt ve
stimenta sacerdotis in lege vete/
ri. Exodi. xviij. ꝛ Leui. xxviij. Et
de his vestimentis plixe Hiero. R
epl'a. lxxxv. De indumẽtis aũt sa/
cerdotalibus noue legis ait Hu
go. vbi. s. ꝙ per tunicã mũdicia:
per zonam continentia: per stolã
sapientia: per casulaꝫ castitas de
signat. Studeant igitur epi ꝛ pre S
sbyteri habere virtutes q̃s eoruꝫ

indumenta significant.

¶ Capitulum quartum. Qd pastor debet assistere gregi assidua cura.

T autem possint officia sua perficere: et perfecta administrare: debent circa gregē suū assidue vigilare: iuxta illud. Isai.xxi. Sup speculaȝ dñi ego sum stans iugiter. Nec discurrāt per curias seculares aut negociatorias tēporales: sȝ cohabitent fidelibus sibi cōmissis: ne dicat cuilibet tali illud zach.xi. o pastor: et ydolum: derelinquēs gregem. pastor nomine: ydolum re absqȝ custodia vel debito opere. Unde Gregorius. super Eze.li.i. Omel.v. Ubi qui animarum custodes sunt: et pascēdi gregis onera susceperunt: pmutare loca minime pmittuntur. Unde narrat Beda in gestis angelorum li.i.c.vi. De Laurentio episcopo q succcessit beato Augu. misso a beato Grego. in angliam ad conuertēdum gentem Anglorum: qȝ cuȝ ob prauos mores regis et iniustitiam proponeret relinquere Britaniaȝ: iussit in eccl'ia apostolorū lectum sibi nocte parari. Ubi cuȝ post multas preces et lacrymas, p statu ecclesie ad deum fusas: mēbra dedisset ad quiescēdūȝ: apparuit ei pricepts apostolorūȝ. Quē diu flagellis acrioribus afficiēs siscitādo apostolica districtiōe: cur gregem quem sibi cōmiserat relinqueret: et cur oues xp̄i in medio luporum positas fugiens ipse dimitteret. an mei inquit oblitus es exēplū: q pro paruulis xp̄i q̄s mihi in sue dilectionis indicium cōmendauerat: vincula carcere postremo etiā mortez crucis ab infidelibus inimicis xp̄i ipse cuȝ xp̄o coronandus ptuli? Qui beati Petri admonitionibus et flagellis correpti: mane venit ad regem: et reiecto vestimento: q̄ntis esset verberibus laceratus ondit Rex autem inquirens qs tantas sibi plagas inflixisset et audiēs: qȝ sue salutis causa: tanta ab ap'lo ē perpessus: timuit: et anathematitico cultu ydolatrie: ac ꝯiugio nō legiptimo derelictis: fidem suscepit et baptiçatus est. Ex quo patet q̄ rep̄hēsibiles sint: q sine causa legiptima ecclesias derelinquunt cum predictus episcopus pro psecutione et regis infidelitate ecclesiam relinquens. tāta ppessus est. In his autem omnibus caueat ep̄s qui est ad modū capitis: et speculatoris: ne sit negligens a p̄dictis officijs. Ut enim dicit in tractatu de.xij. abusiuis: decimus abusionis gradus est ep̄s negligens q.s. gradus sui honorez inter homines reqrit: et ministerij dignitatem coram deo non custodit. Episcopus enim grece: speculator interpretat. Cui dr̄ Eze. iij. Speculatorem dedi te. Decet eniȝ ep̄m: oium super quos i spe

cula positus est peccata attende/re & corrigere: ac scelerum opera rios exterminare. Predicator er go diuinus alloquens ecclesiasti/cos hortet eos ad exercenda de/bita officia: statui suo vel gra/dui debita: & vt quilibet viuat si/cut decet statum suũ: q̃tuz ad ea que enumerata sunt.

¶ Quinta pars principalis. De informatione scolasticorũ Pri/ma dicitur. De informatione di/scipulorum.

¶ Capitulum primũ. De digni/tate sapientie.

P Rehabitis auctoritati bus narratiõib⁹ & exẽ plis q̃bus possunt vi ri ecclesiastici informa ri: & ex quibus predi/cator habere potest occasionem vtiliter conferendi cum eis: & ex/ortandi eos efficaciter: nunc col ligantur consimilia q̃bus ꝯstrui possint viri scolastici siue ph̃i: & ex q̃bus predicator potest conferre cum eisdem ex his que sunt pro/pria illis. Et vt magis stimulẽtur ad desideriũ sapientie: ꝑmittẽda est eius dignitas & sublimitas ƀz estimationẽ vere iudicãtis. Pre posui inquit eam regnis & sedib⁹ Sap. vij. Seq̃tur. Infinitus eni thesaurus est hoibus &c. Et pro/uer. iij. Melior est acq̃sitio eius negociatõe auri & argẽti. Sequit Preciosior est cunctis opibus. B

¶ Et de sapiẽtie eminẽtia apud gẽtiles: ait Poli. li. iiij. c. vi. di. ꝙ cũ gẽtiles nil sine nutu numinũ credant faciendũ: vnũ tñ quasi deum deorum: & oium principiũ extollunt. s. sapiam q: oibus pre/est. Unde & veteres philosophi ymaginem sapie pre foribus om nium templorum pingi fecerunt & hec verba scribi debere sanxe/runt. Usus me genuit: peperit me moria Sophiam me vocant gre ci: vos sapientiam. Et ego odi ho mines stultos: ignauia opera: & sophisticas scientias. s. in quib⁹ nulla est vtilitas. ¶ Ad appetitio nem igitur sapientie & amorẽ: ac sedulam acq̃sitionem sunt om/nes scolastici admonendi: vt qui libet eorum dicat illud sapie. vij. Optaui & datus est mihi sensus: inuocaui & venit in me spiritus sa pientie. Et sapie. viij. Hanc ama ui & exq̃siui a iuuentute mea. Uñ & hic amor: ph̃ia dr: & eius ama tor ph̃s. Philos. n. grece: amor latine: Sophia sapientia. Inde ph̃ia. i. amor sapie. Unde & ph̃ia est ars artiũ: disciplina disciplina rum: que vni cõis est deorũ: & q̃ est henoranda antilogo prout ait q̃dam sapiens: & idẽ pap. in par te. di. ꝙ ph̃ia tradit in artibus li/beralibus: de quibus prosequitur Hugo vbi. s. bene prosequẽs q̃ sũt propria cuiuslibet artis. Et si militer Alpharabius li. de diuisio ne ph̃ie vbi ait: ꝙ ph̃ia est diuina rum humanarumq; rerum co/ C D

gnitio cum studio bene viuendi. E Sapia vo est sciētia sempiterno rum. Et de his et de diuisione phi losophie: et de illis que spectāt ad vitam phicam dictum est in tra ctatu de vita phorum.s. in com pendiloquio. ¶ Ad presens aūt de instructione scolasticorum pro cedendū est.s. qualiter scolares debent discere: et qualiter doctores debent eos docere. Et

¶ Primo quales esse debēt sco lares quantū ad corporis dis positionem.

¶ Secundo. quales esse debent quantum ad mentis industriā siue perspicuitatem.

¶ Tertio qualiter instruēdi quo ad documenti rectitudinem.

¶ Quarto: in qbus informādi: et in qbus nō quantum ad eorū qbus vtuntur qualitatem.

¶ Quinto: quales esse debent quo ad vite qualitatē et honestatē.

¶ Sexto: quales esse debēt: quo ad studij sedulitatem.

¶ Septimo: de his que spectant ad doctores.

¶ Capitulum secundū. Quod sco laris debet esse membris et corpo re bene dispositus.

In primis ergo: ob artiū liberalium siue phie no bilitatē et honorificentiā: et ob professorum eius reuerenti am ab alijs exhibendam: discen F tes illas debent esse corporis dis positione venusti: vt ait Boe. de disciplina scolarium in principio di. quod videndum est ne infantis septennis. cum ducit ad instruen dum: membrorum indecens sit dispositio: et partium integralium Et ponit exemplū. Legitur inqt Thimei filium lepra incomben tem: castratum: loripedem: gibo tumentem: doctrine mancipatū plebeiam extitisse obiectionē: so ciorum ridiculosam demonstra tionem. Cauendū ergo: ne tales ponantur ad phias discēdas: ne contemnatur phia ob talium de formitatem: et ne minus acceptet licet tales in ea profecerint: vt enī ait Ethnicus. Gratior ē pulchro veniens e corpore virtus. Idem Seň. recitat epla. lx. Et sic minus accepta est sapia vel virtus veni ens e corpore defformi Ibidem ait Boe. quod temporis intempe ries. hiemis vel estatis nocet pue ris adiscentibus. Et ponit exem plum de quodā indisposito: et de formi adducto ad discendum: q postea attenuatus elephantie mor bis occubuit. instigante canicu la. s. illo signo regnāte: ardore fer uente. ¶ Ibidem etiam ait. quod ci bariorū debet esse mediocris fa cultas: potius tenuis parcitas: et vestium penuria. Pueri ergo de bent esse bn̄ dispositi corpore: et integri: et sustentamentis debitis regulati qui volūt. discere: vt sint scolastici: et debito tempore debēt incipere. Et de his sunt admonē

di tam ipsi q̄ habentes curā eo
rum. Omni enī negocio tps ē ꝛ
oportunitas. Ecc.viij.c.

¶ Capl'm tertiū. Qualis dꝫ esse
scolaris quo ad mētis idustriam

Secundo sunt explorādi
pueri quales sint quo ad
mentis industriam ꝛ per
spicacitatem: an.s. habeant indu
striam discretionis naturalis: ꝛ in
genij viuacitatē: sicut narrat Au
K lus gelius li.v. acticarum noctiū
G c.iij. loquēs d̄ pithagora pho q̄ cū
cēt adolescēs ꝛ cā vict⁹ ferret ho
lera ꝛ de hedera candices ligni
plurios: funiculo breui circūliga
tos portaret semel obuiauit illi
Democritus Et videns eum in
cedentem expedite: ꝛ iuncturam
ligni posituramq̄ considerans:
ꝛ aceruū illum simil'r breui vin
culo comprehensum: ꝛ ratiōe q̄
dam geometrica librari: interro
H L gauit: quis se iuoluit. At ille. ego.
Cui Democritus. solue totum: ꝛ
modo cōsimili liga. Sicq̄ factū
est. ꝛ ait Democritus. Cum inge
niū benefaciēdi habeas: nūc ma
iora melioraq̄ mecū facer̄ potes
si me sequi volueris. Qd ille anu
it: ꝛ duxit eū secuꝫ: sumptus mini
strauit: ꝛ phiam docuit: ꝛ hic po
M stea in sciētijs phus fuit: sed acer
rimus sophistaruꝫ. Ut prouidus
I igitur explorator ingenium predi
cti adolescentis deprehendit. Et
ad maiora discenda hortatus est
Sed cauendū est ne pueri viua
cis ingenij ꝛ acuti: nimietate cibi
vel potius fiant hebetiores. Pro
pterea sunt frugal'r nutriendi. ait
Boe. vbi.s̄. ꝛ Aulus gelius ple
nius li.iiij. acti. noc. añ fi. vbi ait.
Pueros impuberes compertuꝫ
ē si plurimo cibo nimioq̄ vino N
vtanł hebetiores fieri: atq̄ hinc
elici tarditatem improceraq̄ fieri
corpora eorum: minusq̄ adole
scere. Qd narrat varro in hysto
ria de liberis educandis. Cauen
dum est ergo: ne voracitate he
betes reddanł. E de hoc.s̄. parte
i. vbi de instructione pueroruꝫ.

¶ Capitulum quartum. Quali
ter pueri sunt in pricipio istruēdi.

Deinde sunt pueri instru
endi artificialiter: ꝛ ordi
nabiliter pro eoꝝ capaci
tate: vt ait Boe. vbi.s̄. di. q̄ i pri
mis. figurarum.i. litterarum ele
menta.i. litteras representantiuꝫ
imprimenda est dilectio: coniun
gendarūq̄ artificiosa coniunctio O
Sunt eni pueri instruendi: ꝛ at
trahendi: vt diligant litteras q̄s
adiscunt: vt recte pronuncient: ꝛ
artificialiter cōiungant. Quia ni
si sic in principio informenł: vix
possunt postea bene iformari. Et
grauius est ac difficilius puerum
male instructum instruere ad re
ctam reformationem: q̄ aliuꝫ in
nullo instructum. Uñ refert Qui
tilianus li. de institutionibus ora
torijs de Thimeo: q arte tybiaꝝ
excellebat: q̄ duplas mercedes P

exigebat: ⁊ accipiebat ab his qui male fuerãt preinstructi. q̃ si omnino rudes accederẽt. Et hoc merito. Error enim duplicem exigit laborem: cũ ⁊ delenda sint puerse institutionis semina: ⁊ bene fidelius inserenda. Satis enim facilius est inducere bonam informationẽ: q̃ extirpare malã ⁊ inducere bonã: maxime cũ prima instituta ⁊ documẽta tenaciter inhereant pueris bona vł mala: ait Hiero. ep̃la. viij. Ipsa litterarũ studia: teneris melius inseruntur ingenijs: ideq̃ penitus inherere solet sensibus: quod prius sederit in mente: Magna ergo diligentia sunt pueri instruendi: ne tempus pueritie negligenter ãmittãt ait. Boe. vbi. s̃. dicẽs. q̃ diligẽtia op̃is. cuiuslibet obtuscitas p̃mollit. ⁊ s̃nie ac dicta doctorũ sũt memorie celule cõmendanda. vt ibi exemplificat: ne contingat quod Lotario contigit. Qui cum triginta annis fuisset in gimnasijs philosophorũ: ⁊ aduenisset dies vt preesset mediocribus. s. pueris q̃si eorũ magister: asserebat: se dubitare: cuius vxor fuit Eneas.

¶ Similiter requisitus a quodã primã litteram. s. magistri qualiter in versu vertere posset: r̃ndit absurdũ esse: tanti nominis primam breuiari: sed acuto accentu p̃nunciri. Ecce ait ibi Boe. q̃tũ tẽpus dure ceruicis obtusitas p̃didit ⁊ impensas siue expensas.

¶ Caueant igit̃ pueri: ne sic amittant tempus ⁊ expensas: negligẽter adiscendo: ⁊ caueant eorũ doctores ne eos decipiant. Hec enĩ sunt peccata: Ait Aug. primo cõfessionũ enumerans peccata sua in pueritia. Peccabamus inquit minus scribendo ⁊ legendo: aut cogitando q̃ exigeret̃ a nobis. Sequit̃. Quia delectabat ludere. Et post. Peccabamus faciendo contra preceptũ parentũ ⁊ magistrorũ meorum: Et enumerat ibi de multis talibus. de quibus admonendi sunt pueri vt precaueãt

¶ Consimiliter adhibenda ẽ solers diligentia: vt pueri instruantur recte ⁊ artificialiter. Et primo in grãmatica ⁊ grãmaticalibus que diuidit̃ in litteram. sillabã: dictionẽ ⁊ orationẽ: ait Hugo. Didasculus parte. ij. di. q̃ debet scire vocem articulatam. lr̃am: sillabam: pedes: accent⁹: ⁊ sic de alijs: prout ibi determinat. Nisi enĩ fuerit instructus in primis in talibus: vix postea põt instrui. Hoc tñ necesse est scire: vt homo sciat legere distincte ⁊ articulate ꝺ͡z regulas grãmaticales. vt p̃z exẽplis Boetij. vbi. s̃.

¶ Cap̃m. quintũ. In q̃bus doctrinis sunt pueri informandi.

Deinde cauendũ est: ne pueri nimis imbuantur doctrinis fabulosis poetarum: ⁊ illaqueantur illarum delectationibus. vt enim ait Valerius li. iij.

X us libro.iij.c.vi.Lacedemonij li
bros archilogie e ciuitate sua ex
portari iusserũt:eo ꝙ eoꝝ paruz
verecũdam ꝛ pudicam lectõem
arbitrabantur. Noluerunt enim
ea puerorum suoꝝ animos im-
bui ne plus moribus nocerẽt ꝙ̃
ingenijs prodessent. Itaqꝫ maxi
mum poetã:aut ꝓxime maximũ
eo ꝙ domũ sibi inuisaz maledictis
carmine lacerauerat exilio mul-
ctauerunt. vt enim tactuz est.s.
mentes pueroꝝ tenaciter retinẽt
doctrinas quibus primo imbu-
untur. Ideo expedit:ꝙ vtilibus
ꝛ veris doctrinis primitus imbu
antur. vnde ꝛ mos fuit apud he
breos:ait Orige. super cãti. in ꝑn
Y cipio:omnes scripturas a docto
ribus ꝛ sapientibus tradi pueris
simul:ꝛ ad vltimũ reseruari ista
scilicet principiũ genesis:ꝑncipi
um Ezechielis:ꝛ finis:ꝛ cantica
canticorum:qꝛ hec ardua sunt:ꝛ
posset in eis minus intelligẽs ob
errare. Ideo ait Augu. de se.iij.
ꝯfessionũ. hoc nomẽ scilicet xp̃i
ẜm misericordiam tuã deus in
ipso adhuc lacte matris teneruz
Z cor meũ pie bibebat:ꝛ alacri aio
retinebat. Et li.vi. Nomẽ inquit
xp̃i mihi infanti inditum est ve-
racibus ergo doctrinis ꝛ vtilib⁹
non fictis ꝛ fabulosis est vtilius
ꝛ securius pueros imbuere. Sũt
enim primo instituendi in grã-
V matica:deinde i logica:ait Boe.
vbi.s. Completo inquit nõ inde
bite huius gimnasij scilicet grã- A
matice rudimento:ad maioris ẽ
inquisitionis scientiaz legiptime
procedendũ:scientiam inꝙ̃ quã
solam veri falsiqꝫ indagatõe no
uimus.ꝛc. Unde Hugo vbi.s.
dicit:ꝙ ex omnibus scientijs se-
ptem speciales decreuerunt anti
qui in studijs ad opus erudiẽdo
rum. In quibus tantam esse vti
litatem pre ceteris perspexerunt:
vt quisquis principia harũ disci-
plinarum firmiter percepisset ad
aliaꝝ noticiam postea inquirẽdã B
magis exercendo ꝙ̃ audiẽdo ꝑ-
ueniret. Sunt eniz quasi quedaz
optima instrumenta ꝛ rudimẽta
quib⁹ via paratur animo ad ple-
nam phie noticiam. Hinc triuiũ
ꝛ quatriuiũ nomẽ accepit:eo ꝙ
his quasi quibusdam vijs viuax
animus ad secreta phie introeat
hãc aũt logicã rõnalẽ prio Pla
to grecis instituit: quam postea
Aristoteles eius discipulus am-
pliauit:perfecit:ꝛ in artem rede
git. Marc⁹ vo Terẽtius Uarro
plus dialeticaz de greco in latinũ
trãstulit:ait Hugo ibi. De modo
autem adiscendi artem dialeticã
Boe. vbi.s. dicit:ꝙ in ꝑmis ter-
minoꝝ intrinseca cognitio:eorũ
qꝫ in ꝓpositionẽ nõ latens copu
latio:ꝓpositionũ quoqꝫ non in-
digna anexio sunt optanda:Ter
minoꝝ vo determiationes quas
syncathegreutica appellam⁹ me-
moriter mẽti sunt imprimẽde:que

sophistice deseruiunt fantasie. Et ponit ibi exemplum de quodam prudente in alijs scientijs qui ab alijs in die magisterij ei⁹ seu disputationis cautelis sophisticis est confusus. Oportet ergo: talia memoriter scire: ꝛ cōsequenter adiscere ꝛ audire libros. ꝑut ibi determinat: Et sic in omni arte vir scolasticus ordinabiliter ꝛ artificialiter scilicet ex proprijs illi arti diligenter debei adiscere ꝛ studere: vt ait Hugo vbi. s̄.

D

Capitulum sextum. Que sunt necessaria studentibus.

E

Tria vͦo sunt necessaria studentibus. Natura: exercituū: disciplina. In natura consideratur: vt facile audita percipiant: ꝛ percepta firmiter retineant. In exercitio: vt labore ꝛ sedulitate naturaliū sensuū ea excolant. In disciplina: vt laudabiliter quis viuens mores cū scia componat. De quibus omnibus Hugo ibi prosequit elegāter. Et debet studere in omni arte querendo que sunt propria. vñ ait ibi duo esse genera scripturarū. primum scilicet eaꝝ que artes ꝓprie appellantur. Secundū que sunt appenditia artiū. Et vtraqꝫ oportet scire: licet artes sine appendi-

F

tijs perfectuꝫ possint facere lectorem: ꝑut ait ibi: superaddens: ꝙ duo sunt discernenda. Primum qualr de arte oportet agere. Secundū qualiter oportet rationes alius artis reb⁹ alijs accomodare. vt verbi gratia. De grāmatica agit qui regulas ꝛ ꝓcepta ad hāc artem pertinentia tractat. Grāmatice agit qui regulariter loquitur vel scribit. Et sic de artib⁹ alijs Et vtiliter instituit ibi scolares q̄liter adiscere debent.

Capitulū. vij. Qualis debet esse discipulus ꝛ a quib⁹ cauere.

Quales aūt esse debēt scolastici: ꝛ a quibus cauere docet Boe. elegāter vbi s̄. Discipuli inquit subiectio in tri-

G

bus consistere debet. In attentione: beniuolentia: docibilitate. vt scilicet sit docilis ingenio: attent⁹ exercitio: beniuolus animo. Intentus inqꝫ ad audiēdū: docilis ad intelligendū: beniuolus ad retinendū. Et subdit. Non sit scolaris discolus. Dicitur autem discolus quasi a scola diuisus. Scola enim grece dicitur vacatio latine. vñ discolus quasi a vacatione diuisus. Discolus est q discurrit per vicos: tabernas: ꝛ plateas

H

per meretricum cellulas: ꝑ publica spectacula: per pompas ꝛ choreas: per cōmessationes ꝛ publicas cenas. ꝛ h⁹ vagis oculis. effrena lingua: petulāti animo: vultu incomposito: oib⁹ his scola postposita. vnde ꝛ subdit: se multos tales vidisse. A quibus aūt cauere debent subdit di. ibidez: ꝙ a luxurie fetore studeat discipul⁹ alienari. Quaꝫ distinguit. iij. di. vnā

I

esse in ornatu: aliam in coytu: ter
tiam gulositati astitricez. Ab his
scolasticus volēs in phia pficere
debet summe cauere: prout pseq
tur ibi: subdens: q meretrix no/
naria est: inferni ianua: via iniq/
tatis. scorpionis percussio: visca/
rium scelerum: pute⁹ interit⁹. Di
cebatur aūt nonaria: q: ante ho/
ram nonā antiquitus nō licebat
ad talez accedere. vnde et de hoc
K Augu. ꝯ Julianū dicit recitans
verba Tulij: q motus volupta/
tis idest luxurie ē maxime inimi
cissimus phie. Congrue eniz cuz
cognitōe phie: magna voluptas
corporis eē nō pōt: ait ibi Boe.
di. q oportet scolasticū cauere ab
ebrietatibus et cōmessationibus
q2 vinū iquit moderate sumptū
intellectui acumen cōferre vide
tur. Jnmoderate vō sumptū: ra
tionem pturbat: intellectum he/
betat: memoriam eneruat: obli/
uionem immittit: errorem insun
dit: ignominiā inducit. vbi enim
L ebrietas ibi furor dominatur: vbi
furor: ibi nulla sapientia: sed pre
grauatur desipientia. Obliuio au
tē comes est ebrietatis: ait Ma
crobius lib. primo. Et hilaris est
isania: ait Seū. epistola. vi. et vo
luntaria insania: ait idez epistola.
lxxij. Jdeo summe cauenda sco
lastico. ¶ Simil'r luxuria que ē
in ornatu meretricio cauēda, put
M exequit. Boe. vbi. s. ponēs exē/
plū de quodam qui talib⁹ ornati
bus vacabat: et sua cōsumebat:
Qui postea inops et pauper fact⁹
est. Que aūt sunt expedientia vi
ro scolastico: vt pficiat in sciētia
bū ait Hugo vbi. s. di. q sapiēs
quidam cū de modo discendi in
terrogaret. s. que eēnt necessaria: N
rūdit mens humilis: studiū que
rendi: vita quieta: scrutiniū taci/
tū: pauptas: terra aliena. Hec re
serare solent multis obscura legē
do. Et de quolibet horū bene p
sequitur. di. q pncipiū discipline
est humilitas. Cui⁹ precipue tria
documenta ad lectorem ptinent
¶ Primū vt nullā scripturā: vi
lez teneat. ¶ Scd'z: vt a nemine O
discere erubescat. ¶ Tertium vt
cum scientiam adeptus fuerit ce
teros non cōtemnat. De quibus
ibi prosequitur bene. ¶ Simil'r
studiū est necessariū exēplo phi/
losophoz. De q̊ studio patet ibi.
¶ Similiter quies tam interior
vt mens per illicita desideria nō
discurrat: q̄z exterior: vt ocium et
opportunitas studio suppetat.
¶ Similiter scrutinium tacituz
qd significat diligentiam medita
tionis: sicut studium instantiam
operis. ¶ Meditatio vō est co
gitatio frequēs cū ꝯsilio: que cau P
sam: originē: modum: et vtilitatē
vniuscuiusq3 rei prudenter inue
stigat. vn̄ ibi pulchre ait Hugo
q lecticam phie quattuor portāt
scilicet philos. et chopos. i. amor
et labor: phylemina: et agmina. i:

cura ꝛ vigilia. Opus inquit per/agunt labor ꝛ amor. Consiliũ pariunt cura ꝛ vigilia. In labore est vt agas: in amore vt ꝑficias: in cura vt ꝓuideas: in vigilia vt attẽdas. Cathedra phie est sedes sapiẽtie que his suprapositis gestari dicit. vñ ꝛ pulchre iuuenes eã
Q a fronte ꝓpter robur tenere dicũtur scilicet amor. ꝛ labor: qꝛ foris opus peragũt. A posteriori puelle describuntur idest cura ꝛ vigilia: que intus in secreto ꝯsiliũ pariunt. ¶ Similiter paupertas. i. nõ sectari superflua spectat ad disciplinam: necnon ꝛ exiliũ: quia phantibus totus mundus exiliũ ẽ. ait ibi Hugo. Et de eisdẽ Po/
R li. li. iij. c. xiij. dicit: ꝙ hec claues discendi sunt quas senex Carnocẽsis paucis expressit. Ubi superaddit: ꝙ vna clauis est amor docentium. ꝓut ait Quintilian⁹ lib. de institutione oratoris: Scolastici igitur caueãt a predictis vitijs ꝛ habeant dictas claues ad aperienda archana sapientie: ꝛ studeant humiliter ꝛ diligenter.

¶ Capitulũ. viij. Quale debꝫ eẽ studium boni discipuli.

S C Onsequenter admonẽdi sunt scolares: vt sollicite studeant ad sapiẽtiã apprehendendam: est enim studium vehemẽs applicatio animi cum magna voluntate ad aliqd agendum: ait Tuli⁹ prime Rhetorice li. i. Ideo Ecc. vi. Quasi is qui arat ꝛ seminat accede ad illã vt enim ait Hug. vbi. s. Pictagoras: in studijs suis hanc ꝯsuetudinem seruasse legitur: vt vsqꝫ ad septennium ꝭm numerꝝ septẽ liberaliũ artium: nullus discipulorum suorꝝ de his que ab eo dicebant rationes poscere audeꝛt sed fidem daret verbis magistri quousqꝫ oĩa audisset. Sicqꝫ iam per seipsum rationem eorꝝ inuenire posset. Has septem artes tãto studio qdam didicisse dicunt: vt plene in memoria omnes tenerent: ꝛ statiꝫ singula earꝝ parata haberent scilicet regulas ꝛ rationes que in illis artibus ꝯtinẽtur Et hinc accidit: tot eo tempore fuisse sapiẽtes: vt ipsi plura scriberent ꝙ̃ nos legere possemus. T
Sed vt ait ibi Hugo: nostri scolares aut nolũt: aut nesciunt: modum congruum in discendo: iõ multos studẽtes inuenim⁹: paucos sapientes. Monendi ergo sunt scolares: vt studeãt affectualiter siue feruenter: continue siue perseueranter: artificialiter ꝛ recte siue ordiabilr scilicet ob amorem vere sapientie: ꝓut hortatur sapiens, puer. i. Si quesieris eaꝫ quasi pecuniaꝫ: ꝛ sicut thesauros effoderis: tũc scientiam dei inuenies. Et hoc exemplo antiquorũ phorũ: de quibus Hugo vbi. s. dicit ꝙ soli se philosophie dedicabant: ꝛ vt eo cõtemplationi liberius vacarent. quo min⁹ ꝙ̃ virtu/ V X

tem impedire solent cupiditatib⁹
pus sed volat: ait Tuli⁹.iiij.tus.q.
dicit ꝙ etas nostra volat. Et hoc
O sine quiescamus sine laboremus
Unde Greg.i.registri. Uita nr̄a:
nauigationi similis est. Js enim
qui nauigat stet: sedeat: iaceat: sē/
per vadit. qz impulsu nauis duci
tur. Sic ⁊ nos siue vigilantes: si
ue dormientes per momenta tē/
porum quottidie ad finem tendi
mus. ℂ Consimile exemplum
ponit Señ.ep̄la.lxxiij. dicēs: ꝙ
similes sumus nauigantib⁹. Jō
debet homo festinare ad laborā/
dum. ait idem epistola.xxxiij. di.
ꝙ homo debet festinare in hac
breuitate vite: ac si a tergo hostis
instaret. Et vere hostis a tergo in
stat: quia mors. Señ. epistola.51.
Mors sequitur: fugit vita. No/
P strū eni viuere est a vita transire
ait Greg.mor.xi. super illō Job.
Et fugit velut vmbra. Hoc eniꝫ
inquit quod viuimus: nihilo pro
ximuꝫ est: ait Señ: ep̄la.ciij. Uñ
de Ecc.vij. Quid necesse est ho
mini maiora se q̄rere. cū ignoret
qd ꝓducat sibi vita sua numero
dieꝝ pegrinatōis sue ⁊ tpe qō ve
lut vmbra ꝑterit? Et Ecc.xi. Ne
scit ꝙ tp̄s ꝑtereat: ⁊ mors appro
piquet ⁊ religt oia alijs ⁊ moriat.
ℂ Jtem tempus sic breue ⁊ vo
Q latile est irredibilitate irrepara/
bile. Job.xvj. Breues anni tran
sierunt: ⁊ semitam ⁊c. De his tri/
bus simul.s. ꝙ breues anni: tem
poris punctalis modicitas: ꝙ trā
seunt: fugax velocitas: qz non re/
uertitur: impossibilis redibilitas
Greg.mor.xiij. Omne quod trā
sit breue est. Et post. Ad conque
renda premia laboribus iterum
non venimus. Señ.ep̄la.cxxij.
Fluunt dies: ⁊ irreparabilis vita
decurrit. Et ep̄la.cx. Fugit irrepa
rabile tempus. ℂ Jtem tempus
irredibile est viuentium in tem/
pore consumptio: ⁊ ad laborādū
inhabitatio. Homo eni infirm⁹
est ⁊ exigui temporis. Sap.ix. Et
Sap.ij. Exiguum ⁊ cū tedio tē/
pus vite nostre. Si enim in potē
tatib⁹ octuaginta anni: amplius
eorum labor ⁊ dolor. Jdeo añq̄
deficiat homo a tempore consu/
mēte laborare dꝫ. Ecc.xi. Si an
nis multis vixerit homo: memi
nisse dꝫ tenebrosi temporis. Se/
neca episto.cx. Meliora preter
uolāt.s. tempora: deteriora succe/
dunt. Et ponit exemplum. Quē/
admodū amphora primū quod
est sincerissimum effluit: grauissi
mum quoqꝫ turbidūqꝫ subsistit:
sic in etate nostra: quod est opti/
muꝫ: in primo est illud exhauriri
in alijs patimur: Et sequit illud
Uirgilij: supra positum: Optima
queqꝫ dies: ⁊c. Et eadeꝫ ep̄la añ.
Agit nos: agiturqꝫ dies: in scij ra
pimur. Sequitur quod subest: se
gnius ⁊ languidius est: ⁊ propius
fini. Que enim in iuuentute nō
congregasti quomodo inuenies

In senectute.: Ecc.xxv. Ideo di/
cunt dies mali. Gen.xlvij. Dies
annorū peregrinationis mee cē
tum viginti anni: pauci et mali.
T ¶ Item sub tpe sic consumpti/
uo vita nostra est fragilitate defe
ctiua: et ad resistenduz corruptio
ni inualida. Jacobi.iiij. Que est
vita nostra? Vapor ad modicum
parens. Omnis enim caro fenū
Isay.xl. Job.xiiij. Eleuati sūt ad
modicum. Ibi mor.xvij. Bona
exempla de vite fragilitate: qȝ cō
paratur fumo. nebule: spume: q̄
ad modicum apparent et cito dis
parent. Aug. de verbis dñi sermo
V ne primo. Fragiliores sumus va
se vitreo: qr et si casus vitro timea
tur: non tamen senectus: aut fe
bris. Sequitur. Si casus nō acci
dat: tempus ambulat. Vitat ho/
mo que extrinsecus sunt: quod in
tus nascit pellit? Quasi dicat: nō
Et post. Dies decidūt et accedūt:
veniunt dies et eunt: non vt sint
nobiscum: sed vt transeant: et
cum transeunt: minus nos vale
re faciunt. Ideo Aug.iiij.confes.
vita ista est mors viuentium., Et
de ci.c.xiij.di. qȝ non est nisi cur
X sus ad mortē. Unde vita hec: qāsi
facula est: et mors est: ait Seneca
epla.lxxix.et.cxv.dic. qȝ hic diu
viuere est diu mori. Nec est curā
dū qȝ diu viuit: sed qȝ bñ. ¶ Itē
tempus tale quale descriptuz est
est incertum sui terminabilitate.
Job.xxxij. Nescio q̄diu subsi/
stam: et si postmodum. tollat me
factor meus. Ibi.mor.xxiij. Ne
scit q̄diu indicium subsistit hic:
et quando ad dei iudicium tollat
ignorat. Ideo hec vita compara
tur vento: quo nihil instabilius: et y
cuius mutatione nihil incertius.
Job.iij. Memento qr vent⁹ est
vita mea. Et.xxxvij. Ventus trā/
siēs fugabit eos. Ibi.mor.xxvij.
Ventus transiens est vita pñs.
Et Aug. de verbis dñi sermone
lxxix. Breuis est vita nostra: et ip
sa breuitas semper incerta. Seq
tur. Indulgentiam tibi deus per
mittit: diem crastinum quis pro/
mittit? Quid differs in crastinuz.
Vita longa erit. Ipa longa sit bo
na. Quod si longa erit: meli⁹ bo
na erit: Job.xv. Numerus āno
rum eius incertus. Ibi mor.xv.
Cur quasi de certo tollit: cuius vi
ta sub pena incertitudinis tenet?
Hiero.epla.lxxix. Nihil ita deci
pit q̄ cum ignorent hoies spatia
viuendi: longiorem sibi vitaz re/ Z
promittunt. Luc.xij. De diuite q
dicebat: quid faciam? Non hēo
vbi congregem fructus meos.
Sequit. Hac nocte repetent etc.
¶ Item tempus transiens mo/
dis dictis est exclusiuum omnis
tēporis ad merendum. Jurauit
enim angelus: qȝ non erit temp⁹
amplius.s. ad merita colligenda
Apoc.x. Ecc.ix. Quodcūqȝ pōt
manus tua: instanter operare: qr
nec opus. etc. Super quod Gre/

gori⁹.mor.ix.in fi. Tota intentione curandum est: vt cum temp⁹ vacationis accipimus: bene viuendi studio. malorū vltima sup
A plicia fugiamus. ¶ His ergo cōsiderationibus de temporis breuitate. s. q est breuitate punctale velocitate transitus volatile: irre dibilitate irreparabile: et sic de aliis debet religiosus stimulari et moueri: ne cōcesso sibi tempore abutatur. Sed toto nixu: toto affectu studeat: tempus suum bene expēdere: vel deum querēdo in ocio contemplationis. Ysay. v. Querite dominū: dū inueniri pōt: vel proximis benefaciendo. s. doctrine informatione: beneficētie cōsolatione: discipline cohertione. Hec eniz debet homo proximo fm Aug. epl'a. xxxiij. Jō Gal. vi.
B c. Dum tempus habemus operemur bonum. Toto eni tempore discendum est viuere. ait Sene. de breuitate vite. Et Au. epistola xlvij. Neqʒ in tempore vtiliter viuitur: nisi ad comparandum meritum: quo in eternitate viuatur. Ideo studium sanctorum fuit: in toto tempore suo: et singulis horis temporis: virtuosis studijs occupari. Ut de magistro gentium Paulo exemplum ponat. ait eni Haym o super primā. cor. c. i. In scriptis patruz legimus de Pau
C lo: q a prima vsqʒ ad quintā horam labori manuum insistebat. Ab illa vsqʒ ad decimam predicationi vacabat. Post decimaz pauperum peregrinorumqʒ hospitalitatem: et corporis sui necessitatem procurabat. Per noctem vo orationi instabat. Et propter hanc assiduitatem. qua per singulos dies et noctes gratias laudesqʒ domino referebat: ait se sē per gratias agere. i. cor. i. ¶ Cōsimiliter exemplo principum virtuosorum sic est faciendum. Ut enim dicit in laudem Theodosij .i. historie tripartite: solebat per diem exerceri armis et corpore: subiectorumqʒ negotia disceptare: totis vo noctibus libris icumbere. Unde legitur habuisse candelabrū artemechanica factum fū dens sibi oleum in lucernam: vt laborib⁹ nemo affligeret: et vt nature viz faceret: somno repugnās ¶ Similr exēplo philosophoꝝ dʒ homo moueri ad precauēduz temporis āmissionem: qr nullo tēpore vacabant a studio philosophie et virtutum: prout patet i gestis eorum. Unde Sen̄. epistola lxxviij. Sapiens studium putat q viuit. Et de coruz studio indefesso. Val. lib. viij. Ubi narrat de Solone moriente: q semper flagrabat ad studia: quibus se significabat quotidie aliquid adiscentem senescere.

¶ Capl'm secundū de ocij in tēpore periculositate: et qbus mōis tempus āmittitur.

d Escriptis temporu3 qualitatibus: ꝛ quarum consideratione d3 religiosus precauere ne tempus amittat: videndū est quibus modis amittit Et notandū: q principaliter amittitur tribus modis. s.

F ❡ Desidiosa occiositate.
❡ Labor ifructuosa occupatōe
❡ Bonorū operū deordinatiōe
❡ Primo ergo notandū: q est cauenda desidiosa occiositas: eo q multum nociua: testante scriptura. Ecc. xxxviij. Multā malitia3 docuit occiositas. Unde dicit Beatus Franciscus in regula q ocium est anime inimicu3. Et hoc propter multa. Nam occiositas est anime in sua intellectiua tenebratiua. prouer. ix. Qui sectatur ocium. stultissimus est. Et vere stultissimus q2 stulticia est rerū appetendarum: ꝛ vitandarū: nō quelibet: sed vitiosa ignorātia. ait Au. de libero ar. in fi. Unde stultus est ociosus qui non declinat vitanda: Stultior qui non colligit merita nec desiderat appetenda. Stultissimus qui cumulat sibi supplicia. ❡ Item ociositas ē anime quo ad suā potestatiuam eneruatiua: ꝛ in desidiam resolutiua. Ut eni3 di. Val. li. viij. c. viij. Est ocium quo euanescit virtus: ꝛ aliud quo recreat. Alterum est inhertibus vitandum: aliud strenuis appetendum. Illis: ne vitā suā eneruē extinguāt: his: vt tem pestiua laborum remissione: ad laborādū vegetiores fiāt. ❡ Idē li. vij. c. ij. Nimia quies resoluit i desidiam. Nam est ocium desidie: ꝛ ocium cogitationis. ait Augu. de vera reli. c. vij. Unde dn̄s ꝯquerit d̄ ociosis. Ezec. xvi. Hec fuit iniquitas Sodome saturitas panis ꝛ ociū: ꝛc. ❡ Item ociositas est anime quo ad suam affectiuam maculatiua: ꝛ bonor euacuatiua: ꝛ distractiua. Unū Ethnicus. i. Ouidius. Cernis vt ignaui corrumpūt ocia corpus. Et vicium capiunt ni moueātur aque. Et Lucanus. Uariam dant ocia mentem. ❡ Item ociositas ē aīe quo ad sua3 memoratiuam: siue vim consideratiuam: vel ingenium: hebetatiua: q2 est rubigo aīe ait Sen. epistola. cxxiij. di. q ociu3 quasi rubigo ingenij. facultatē siccat. Et Alexander. necꝫ super bibliam. Est ocium desidie: ꝛ ocium vacationis. Sequit. Torpore desidie ingenij nobilitas degenerat: obnubilatur splendor: hebetatur acumen. Et ponit exemplū Ferrum rubiginem ducit. s. p ocium: ꝛ vitis nō putata in lambruscam siluescit. Et Sen. li. de prouidentia. Languent per inhertiā saginata. Et Ber. epistola. lxxxij. ad fratres de monte. Sūma mētis malitia ocium inhers. Sequitur. Ocium est quod vel nullam habet vtilitatem: vel vtilitatis intentionem: Ideo increpando siu

L dñs occiosis. Quid hic statis tota die ociosi? Matth.xx. ¶ Itē ociositas est bonorū acquisitorū consumptiua. ait Hiero. epistola lxxvij. Nihil ocio deteri⁹: quod non solum non acquirit noua: sꝫ etiam parta consumit. Sancte vite ratio processu gaudet ꝛ crescit: cessatione torpet ꝛ deficit. Sequitur. Tam diu non labimur retro q̄diu ad priora contendim⁹. At vbi stare descendimus: nostrꝗꝫ nō progredi: iā reuerti ē. ¶ Itē ociositas est discursuum inutiliūꝫ occasionatiua. ꝛ verborum inutilium multiplicatiua. i. Thi. v. de M viduis adolescētulis. Volūt ocio se discurrere: domos circuire: nō solū ociose sed verbose: ꝛ curiose ¶ Item ociositas est Sathane ad hostium cordis introductiua Hiero. epistola. lxxij. Fac semper aliquid boni operis: vt te dyabolus occupatum inueniat. Et Crisosto sup. Jo. Omel. vij. Per opera impeditur introitus dyaboli. Item Aug. iij. de ci. c. viij. dic. qꝛ q̄to minus hominem occupatū inueniunt: tanto magis ipsi. s. demones occupant. Unde Cassianus. li. col. ante fi. Hec est sententia patrum operantēꝫ monachū vno demone pulsari: occiosum: N innumeris spiritibus deuastari. Math. xij. De septem spiritibus nequioribus. Inueniat eam scopis mundatam: ꝛ vadit ꝛ assumit septem alios spiritus nequiores se. ꝛc. ¶ Is igitur considerationibus ꝛ multis alijs: cauēda ē ociositas. Unde Ber. ij. ad Eugeniū in ocio cauendum est ocium: fugienda proinde ociositas mater nugarum: nouerca virtutum. Et Sen. lib. de clementia. Emollit ocium vires sicut rubigo ferrum Et post. Fax imota torpet: ignem exagitata restituit. Et vt breuiter concludat: ociositas facit: hoiem non viuere debito modo viuēdi. ait Sen. epistola. lviij. Ociosus non sibi viuit: sed quod turpissimum est ventri ꝛ somno. Seqt. Ille non viuit qui nemini viuit. ꝛ qꝛ ociosus non viuit ad suā nec alterius vtilitatem: ideo quasi nō viuit vero modo viuendi. Quia homo ad laborem nascit. Job. v. Qui ergo non laborat labore humano: non viuit vt homo. Ecc. vltimo. Deum time: ꝛ mandata eius obserua: hoc est eni omnis homo. Ubi Augu. xx. de ci. c. iiij. Quicunꝗꝫ enim est hoc: est custos mandatorum dei. quoniam qui hoc non est: nihil est. Et quia ociosus nec deum timet: nec mādata eius obseruat: ideo non viuit vero modo viuendi. ¶ Cauenda igitur occiositas tum rōe considerationis descripti temporis: vt habitum est: tum ratione necessarie p̄parationis ad mortē ꝛ eiusdem mortis subitationis, p ut dicit Saluator Matth. xxiiij. Nescitis qua hora dominus vē

turus est.Señ.epla.xiij.Omnis
dies ordinandus tanq̃ cōsumet
¶ Item cauenda est ratione per
nitiositatis vt dictum est.Jō an
tiqui magnates ꝛ militantes mul
tum cauebant ocium: q: multū
obest:eoq; resoluit in desidiam ꝛ
lasciuiam. Ideo Scipio nolebat
carthaginē emulā Romāi dirui
sed contradicebat Catoni decer
nenti:vt dirueret:timēs infirmis
animis hostem securitatem:,put
dicit Aug.i.de ci.c.xxx.Quod pz
ex euentu:q: illa diruta: Romani
resoluti sunt in desidiā. lasciuiā
ꝛ discordiam ciuilem:prout dicit
ibi:Unde ꝛ de Troya dicit.Uirgi
lius.Inuadunt vrbem somno vi
noq; sepultam. Et Ethnic⁹.Que
ritur Hegip⁹ quare sit fact⁹ adul
ter: In promptu causa ē:desidio
sus erat.Uñ Hanibal dux Car
thaginensium: de nocte surgere
solitus non requiescebat ante no
ctem:crepusculo autē:socios ad
cenam vocabat.ait Poli.li.v.c.
vij.Ut enim ait Aug.epla.v.Lo
quens de Roma recitans verba
Iuuenalis dicit.Seruabat castas
humilis fortuna latinas.Quon
dam nec vicijs contingi parua si
nebat Tecta labor: somniq; bre
ues ꝛ vellere tusco. Uexate dure
q̃ manus ꝛ proximus vrbi.Ha
nibal:ꝛ stantes collina turre ma
riti.Et post. Nunc patimur lon
ge pacis.dāna:seuior armis. Lu
xuria incumbit:victamq; vlcisci
tur vrbem. Nullum crimē abest
facinusq; libidinis ex quo. Pau
pertas romana perijt ꝛc. ¶ Itē
philosophi studentes:sūme caue
bant ociositatem:ꝛ laborioso sa T
pientie studio indulgebant . Ait
Ual.li.vij.c.viij.Ociū idustrie ꝛ
studio maxime contrarium vide
tur.Obnubilat enim intellectiuā
ꝛ quasi rubiginat memoriā ꝛ in
genium: vt dictum est. Ideo ait
sapientia diuina ecc.vi.Quasi is
q arat ꝛ q seminat accede ad illā.
ꝛ.c.vi. Colluctata est anima mea
in illa.Et prouer.ij.Si quesieris
eā quasi pecuniam:sicut thesau
rum effoderis:tunc intelliges ti
morem domini: ꝛ scientiam dei
inuenies.Ut enim dicit Hugo in V
didascol.Apud antiquos q̃tuor
portabāt lecticā philologie.s.phi
los ꝛ nopos.i.amor ꝛ labor ꝛ phi
lemia ꝛ agremia.i.cura ꝛ vigilia
In amore est vt agas: in labore
vt perficias:in cura vt ,uideas:
in vigilia vt attendas: ait ibidē.
¶ Item vulgares homines ꝛ la
borātes : summe cauere debent
ocium: eo q: eneruat virtutem ꝛ
potentiam:vt dictum est. Unde
ꝛ Ade dictum est post peccatum
In sudore vultus tui vesceris pa X
ne tuo.Et prime thesa.iij.Qui ñ
laborat non manducet. Sed ꝛ
laborātibus dicitur in ps.Labo
res manuum tuarū quia mādu
cabis:beatus es.ꝛc.Unde Criso
stom⁹ super Jo.omel.xxvi.puer

ſi facti ſumus ab ocio. Sequitur. Non laborare: nos corrumpere aſſueuit. Et val.li.vij.c.ij.dicit: negotium populo Romano: meliꝰ ꝙ ocium cōmitti. Nouit eniȝ impia mens a cognitione rerum ad virtutem capeſcendā reſolui. Sequitur. Negotium nomine orridum: moles noſtre ciuitatis i ſtatu ſuo continuit. Blande appellationis quies plurimis vitijs reſpſit. Jō Auicene.iiij.phie. Oportet ordiare ciuitatē in tres partes In diſpoſitores: mĩſtros. ꝛ legiſperitos: Et in ꝗlibet hoꝝ ordinetur prelatus aliqs. ꝛ nullus ſit in ciuitate inutilis. Sed ab vnoquoqꝫ ꝓueniat vtilitas. ¶ Jtē rligioſi ꝛ cōtemplatiui ſūme cauere dꝫbent occioſitatē eoꝙ reſoluit i tēpore ꝛ inhertiaȝ Ber. vbi.ſ̄. Jn ocio cauēdū ē ociū. Jō Ambro. iij. de offi.c.i.di.ꝙ Scipio nō minus erat negocioſus cū ſoluſ erat Et Moyſes cū taceret: clamabat: cū ocioſus ſtaret preliabatur Vñ ꝛ in silētio loquebat: ꝛ i ocio operabat. Exo.xiiij.ꝛ.xvi. Jō deuia contēplatiua dr̄ ꝓuer. vltimo Panē ocioſa nō comedit.i.refectionē celice ꝯtemplatiōis: abſqꝫ virtuoſo opere nō guſtauit. Vñ i vitis patrū.li.ij.c.xij.titulo ꝙ orādū eſt ſine intermiſſione: dr̄ non eſſe talē laborē: qualē orare deum Quia ois alius labor hꝫ aliquam quietem: orō ꝺo vſqꝫ ad vltimā exalationē: opus hꝫ magni certaminis. Vñ Caſſianuſ in collatio. vbi.ſ̄. dicit de abbate Paulo: ꝙ cū in orto modico moraret ꝛ haberet ſufficientiā: collectꝭ palmaꝝ folijs: quottidianam penſam a ſe exigebat ad ocium cauendum: ꝛ in fine anni concremabat: ꝓbās ſine opere manuum: nec in loco poſſe perdurare monachū: nec ad perfectionis culmen poſſe cōſcendere. ¶ Cum ergo omni ſtatui hominum: ocium cauenduȝ ſit vt pretactum eſt: caueant eccleſiaſtici ocioſi: ne inueniantur extra debitum ſtatum ꝛ ordineȝ: ꝯ quos Ber.iij. ad Eugenium in fi. Quid ſibi vult: ꝙ clerici aliꝺ eē: ꝛ aliud videri volunt: Nēpe: habitu: milites: queſtu: clericos: actu: neutrum exhibent. Nō.n. pugnant vt milites: non euangelicant vt clerici. Cuius ergo ordinis ſunt? Cum vtriuſqꝫ eſſe cupiunt: vtrunqꝫ deſerunt: vtrūqꝫ cōfundunt: vnuſquiſqꝫ autem i ordine ſuo reſurget.i.cor.xv. Jſti in quo? An non qui ſine ordine peccauerunt: ſine ordine ꝓhibū Sed credo ibi ordinandos: vbi nullus ordo ſed ſempiternꝰ horror inhabitat. Job.x.

¶ Capitulum tertium. De inutilium occupationum infructuoſitate.

c Onſequenter videnduȝ ꝙ non ſolum tempore diuinitus cōceſſo abutūtur: q deſidioſa ocioſitate torpēt ſed etiam:

D sed etiam qui infructuosis occupationibus ꝛ laboribus inutilibus fatigātur. vnde Hierony. epistola. lxxvij. Non sufficit animalis eē ociosum: si quis fuerit a bonis .s. ociosus. Et post occupandū est bonis rebus ingeniū ꝛ sancte cōuersationis vsus altius inserēdus
E ꝛ Augu. epistola. lxxij. aliquid est quod tibi dicere curaui: vt curis exueremur inanibus: ꝛ induceremur vtilibus. Unde occupatio i rebus superuacuis: est vite diminutiua: ait Seneca de breuitate vite. Nihil minus est hoīs occupati q̄ꝫ viuere: ꝛ nullius rei difficilior est scientia scilicet q̄ꝫ viuere. Nam viuere: tota vita discendum est. Et quod mirabilius ē: tota vita discendum est mori. vnū ꝛ maximi viri vsqꝫ ad extremaꝫ etatem egerūt: vt viuere scirent. Sequit. Eius vita lōgissima est: q q̄ꝫtuncūqꝫ potuit totū sibi vacauit. Nihil inde occultum fuit. His vō scilicet occupatis necesse est defuisse: ex quorum vita multum populus tulit. Et ponit exēplum bonum. Non est q quēq̄ꝫ ꝑpter cānos aut rugas putes diu vixisse: sicut non putas multum
F nauigasse: queꝫ tempestas a portu huc illucqꝫ tulit. Non multuꝫ nauigauit: sed multum iactatus est. Sic est de homine occupato Non eni diu vixit: qꝛ scilicet nō sibi vacauit sed diu fuit. vbi enumerat de his qui sibi auferunt vitam dicens. q̄ꝫ vanus dolor: stultitia: auida cupiditas: blanda cōuersatio abstulerunt: q̄ꝫ exiguuꝫ tibi de tua relictum sit intelliges scilicet cū cōsideraueris: ꝛ scies: te immaturum mori. Ex hoc pꝫ fatuitas occupatorum in reb' superuacuis. Ait ibidem homines predia sua occupari a nullo patiūtur: ꝛ propter illa ad arma discurrunt: sed in vitam suam incedere alios sinūt: imo ꝛ possessores inducunt. Nemo inuenitur q pecuniam suam diuidere velit. vitaꝫ
G vnusquisqꝫ q̄ꝫ multis distribuit. astricti sunt in continendo patrimonii. vt aūt ad iacturam temporis ventum est: profugalissimi sunt in eo: cui' min' honesta auaritia est. Et exemplificat de homine centum annorum: cum ad cōputationem sue etatis reuocatur considerans q̄ꝫtum ei lis vxoris seruorū cohabitatio: per orbem discursio: q̄ꝫtū morbi sibi attulerunt. q̄ꝫtū sine vsu iacuit: videbit: pautiores se habere: q̄ꝫ cui in
H erat. Ideo tales multū fallūtur: qꝛ res omni thesauro preciosissima ꝛ incomparabilis scilicet temporis: vilissima estimat. Nemo enim estimat tempus: cuius pene nullū est precium: ait ibi. ꝛ vtūtur eo laxius: q̄ꝫ gratuitis. Ideo tales sunt prodigi de re preciosissima: cuꝫ tamen esset parcissime dispensanda. ait ibi. Non accepimus breuem vitam: sed fecim'

nec inopes ei⁹: sed pdigi sumus
Et ponit exemplū. Sicut ample
opes si ad malū dnm perueniūt
momento dissipant: si vo bono
custodi modice tradite sunt: vsu
crescunt. Ita etas nostra bene di
sponētī multū paret: z vita si vti
I scias: lōga est. Sed aliū tenet in
satiabilis auaritia: aliū in supua-
cuis laborib⁹ sedulitas. Ali⁹ vino
madet: ali⁹ inhertia torpet. z sic d
aliis. Ideo exigua pars vite est
qua viuim⁹: z omne spaciū: non
vita sed tempus est. Et ad litterā
si qs solerter cogitet q̄ntū sibi eri
pit de vita sua: somni prolixitas
comessationum: z potationū su-
perfluarum diuturnitas: inutiliū
occupationū innumerositas: ocio
sitatū desidiositas confabulationū
K inanium vanitas: z internarum
meditationū varietas: luculēter
videbit: q modico tempore viuit
eo modo q̄ debet: qz nō ad suaz
vtilitatem: vel ad agreganda me
rita viuit. Sen. vbi. s. Exiguum
tempus habem⁹: sed multū pdi
mus. Et epla prima. Quedā tē-
pora nobis eripiunt. quedā sub-
ducuntur: quedam effluūt. Tur-
pissima tū iactura que per negli-
gentiaz fit. Sequit. Magna ps
iam preterijt. Quicquid etatis re
tro est mors tenet: dū differt vita
trāscurrit. Et post oia: aliena sunt
L temp⁹ tantuz nostrū est. Sequit
Quanta stultitia mortalium: vt
vsq minima vilissima: z irrepa
bilia sibi iputari patiant. Nemo
enim indicat: se quicq̄ debere q
tps accipit. Et tamē vt ait Sene. O
de breuitate vite: id debet seruari
diligentius quod nesciat quis qn̄
deficiat: sicut tempus. Jō aliorū
iactura tolerabilis: non sic de tē-
pore: qz nemo ānos restituet: ait
ibidem. Et epistola. 50. Si mul
tū superesset etatis: parce dispen
sandū erat: q̄nto min⁹: qz vix suf
ficit necessariis. Nunc aūt q̄ de-
mentia est superuacua discere in
tanta temporis breuitate? Ideo
eph. v. Uidete quō caute ambu-
letis: non quasi insipientes: sed P
vt sapientes redimentes tps. zc.
Magna fatuitas querentiū ma
gnopere rez viliū recuperationē
z non querentiū temporis perdi
ti redemptionem: cū tamen na-
tura dedit nobis tempus nō ad
perdendū: ait Sen. epistola. cix.
Non dedit nobis natura temp⁹
vt aliquid ex eo vacet perdere.
Et vide diligentissime: q̄ multa
pereant. Aliud valitudo abstulit
aliud negotia. vitam nobiscum
somnus diuidit. Et hoc tempore
tam angusto: tāqz rapido z nos
auferente: qd iuuat: maiorē ptē
in vanū mittere? ¶ Ex dictis pa
tet: q occupationes inutiles sunt
religiosis maxime precauende:
q̄ sunt mētis pturbatiue. ait Se-
neca. iij. de ira. Quemadmoduz Q
per frequentia vrbis loca in mul
tos incursandum est: z aliqū ad

Illis retineri: ⁊ luto spargi necesse est: ita ⁊ vago homini: multa impedimenta: ⁊ multe querele incidũt. Jō Luc.x. Martha Martha sollicita es. ⁊c. ¶ Item sunt diuine cognitionis impeditiue. Job.iij. Nonne quieui? ⁊c. Ibi mora.v. Nequaq̃ mens ad superna attollit: si curaꝝ tumultib⁹ occupat. Job.xxxiij. Per somnũ in visione nocturna. Ibi moral.xxiij. Cũ mens ab actionib⁹ sopitur: tunc plenius: mandatoꝝ dei pondus agnoscit. Sequitur. Neq̃ eniz hō diuisus ad vtraq̃ sufficit. Et Grego. super Ezech. li.ij. omel.i. Anima q̃to circa terrena angitur: tanto in his q̄ sunt celestia minus videt: eo ꝙ curis suis ex se ducit: ⁊ sic ad videnda celestia min⁹ valet: qꝛ diuisa. vbi ponit exemplũ bonũ de fluuio: q cũ ad multos riuos diuidit: ab alueo desiccatur. Job.xxxix. Nũquid nosti tp̃s ptus hybicũ. Ibi mor.xxx. Quo extra se spargi per disciplinaz mens non potest: eo supra se intendere p pfectuz pōt. Et ponit exempla bona: in altuz crescere arboꝛ que per ramos diffunditur pꝛohibet. Et cuz riuos fontis obstruimus: fluenta ad superioꝛa surgere puocam⁹. Sic intentioni anime: si exterioꝛ euagatio clauditur: secessus interioꝛ aperitur. ¶ Item sunt cognitionis pꝓpꝛie exclusiue. Job.xxxiiij. Nec ꝗ in hominis potestate est: vt ad deum veniat. Ibi moꝛ.xxv. In his visibilibus coꝛ nostrũ spargitur: ⁊ quid de se intrinsecus agit obliuiscitur. Job.xxxv. Suspice celum: ⁊ intuere. Ibi moꝛ.xxvi. Sparsis foꝛis mentibus: ad seipsas redire difficile est. ¶ Itē sūt cordis vt sepius in culpam impulsiue. Job.xxvi. Ecce gigātes gemūt sub aquis. Ibi moꝛ.xvij. Ipsa occupatio seculariũ dignitatũ facilioꝛibus vitijs tanto premitur q̃to maioꝛibus curis grauat. Humanus enim animus deuitare peccata vtinam valeat vel quietus. Ecc.xi. ne in multis sint actus tui. vnde etiam a bonis occupationibus antiqui magnates abstinuerunt: vt patet de Diocliciano ⁊ maximiano: qui dimisso imperio: vitam pꝛiuatam elegerunt pꝛout legit hystoꝛie tripartite libꝛo.ij.c.iiij. ¶ Item antiqui philosophi ⁊ sapientes: a talibus abstinuerunt vt patet in libꝛis eorum. vnde Socrates: cũ ab eo q̄reret: quare non in forensibus negotijs versaretur rñdit. Que locus hic calet: ego nescio: ⁊ que ego calleo idest sapio: loc⁹ hic nescit. Ego enim contemno q̄ aulici ambiunt: ⁊ que ego ambio illi contemnũt: pꝛout legitur in pꝛologo Policrati. Sed libꝛo saturnalium.c.i. dicitur: ꝙ fuit Socrates grecus oꝛatoꝛ qui consimiliter respondit. Petentibus enim in conuiuio: vt aliquid de fonte elo

quētie proponeret: ait. Quod locus hic & tempus exigūt ego non calleo. Que autez ego calleo: nec loco sunt apta nec tempori: noue
T rant enim philosophi: occupationes impeditiuas esse sapientie et veri studij: ideo se ab illis elongauerunt: & quieti vacauerūt, prout patet in gestis eorum. Vñ scriptura dicit. Tempore vacuitatis scribe sapientiam: & qui minorat actu percipiet illam. Job. xxviij. Sapientia vbi inuenitur? Sequitur. Mare loquit: non est mecū Ibi mor. xxiij. Quid maris nomine nisi secularium mentium inquietudo signatur? Et p⁹. nullus eam scilicet sapientiam plene recipit: nisi qui se abstinere ab oī actionum carnalium fluctuatiōe contendit. ¶ Qualiter autē sancti patres fugerunt ad solitudies & elongauerunt se a mundanis occupationibus patet in vitis patrum: & libro' qui dicitur paradisus: & vij. collationum col. prima
V de fabula Macharij de quodaz tonsore: qui pro ternis denarijs quemlibet detundebat: & sic pua mercede in acquirendo sufficiēter sibi prouidebat: & cuz hoc: cētum denarios marsupio inferre bat scilicet in spatio temporis. audiens autez: q in alia ciuitate q libz dabat solidū vnū ptonsione
X illuc iuit. Ubi cum quolibet die multos denarios lucraret: omnes expendebat: quia forte ibi caristia. Quod ille cogitans: ait intra se: melius esse redire ad ciuitatem vbi ex tenui questu: completa corporis necessitate: exuberātia quottidiana excrescebat: q̄ ymaginarium habere questū solidorū: vbi nihil exupabat. Sic ait Macharius meli⁹ est: tenuē solitudinis fructum tenere: vbi nulle cure q̄ lucra magna affectare: que mundane cōuersationis quottidianis defectibus cō
A sumuntur. q̄ eniz difficile est varijs occupationibus indulgere: & non pati dispendium vel in puritate orationis': vel in tranquillitate contemplationis: vel in veritate locutionis: vel in perfectiōe operationis. bene nouerunt in talib⁹ experti. ¶ Et qz m̄lti decipiuntur in occupationib⁹: estimantes vtiles q̄ sunt nociue: notādū: q est distrahi occupationib⁹: et sic ammittere temp⁹ dupliciter.
B ¶ Interi⁹ scilicet. ¶ Et exteri⁹. ¶ Interi⁹ tripliciter. Quando. s. cor occupat. ¶ Uel vāis memorationib⁹ de preteritis. ¶ Uel fātasticis meditationibus: & auidis affectionib⁹ circa p̄ntia. ¶ Uel fluctuosis tumorib⁹ de futuris. Job. iij. Qui edificant sibi solitudines. Ibi mor. iiij. Mens quasi quendam populū patit: q̄ in solenti cogitationuz tumultu vastat. Et exemplificat de tumultibus cogitationum: quibus varia hominū genera occupant. Unde ō

auaris dicit. Cōsilia multiplicāt: et mentis sinum: cogitationū immēsitatib⁹ lati⁹ expandunt: in q̄rum persona iob. viij. Cogitationes succedūt mihi: et mens mea in diuersa rapit. Ideo Hier. iiij. vsq₃ quo noxie morabunt in te cogitationes: vt enim ait Sene. epistola. lix. Nihil valet silentiuȝ
A religionis: si affectus fremunt. ¶ Contra has occupationes remediū est: cor prout possibile est a talib⁹ absoluere. Ecc. xxx. Congrega cor tuū in sanctitate: et contine. et ipsum cor diligenti scrutinio discutere: et a talib⁹ puluerib⁹ mūdare et scopare procura. ps. Meditatus sum nocte cū corde meo: et exercitabar et scopebā spiritū meū. et idem cor ad deū dirigere: et simplificare. Sap. i. i simplicitate cordis q̄rite illū Job. v. Nonne silui. Ibi mor. v. Silere
B est a terrenoꝝ desiderijs cor restringere. ¶ Ad hmōi occupationū exclusionem fuit sanctorū patrū studiū. ideo se a mūdanis tumultib⁹ elongabant viuentes i solitudinib⁹: et vacantes celestib⁹ prout legit in vitis eoruȝ. Job. v. Qui edificant sibi solitudines ibi mor. Solitudines edificare est: a secreto cordis: terrenorū tumult⁹ expellere: et vna intentione eterne patrie in amorē gētis intime anhelare. Trenoꝝ. iij. Sedebit solitari⁹ et tacebit. Senē. epistola. vij. Auarior redeo: ambitiosior: luxuriosior: crudelior: et inhumanior: q₂ inter homines fui
C et idem. Nil dānosius bōis moribus: q̄ȝ in spectaculis residere: q₂ tūc facili⁹ vitia subrepūt. Sequit Un⁹ mihi p̄ pplo est. Unde his occupari ē temp⁹ ammittere. iō cauendū ab eis. ¶ Item exteri⁹ inutiliter occupari est quadrupliciter scilȝ. ¶ Uel in vana curiositate studioꝝ. ¶ Uel in varia fluxibilitate multiloquioꝝ. ¶ Uel i numerosa diuersitate discursitationū. ¶ Uel in multitudine secularium negotiationū. ¶ Sūt enim aliq vane et curiose studentes scilicet in eis q̄ non conferūt ad salutem. Aug. x. de trini. c. ij. Curiosus est: q non ob aliquam causam notaȝ: sed solo amore rapit incognita cognoscendi. et in h̄
D differt a studioso: q₂ vt ait ideȝ d̄ vtilitate credendi: curiositas est cupiditas cognoscendi ea que nihil ad se attinent: studiosus v̄o ea que ad animum nutriendū liberaliter et ordinabiliter pertinēt intentissime requirit. Unde d̄ sic studentibus ps. Corrupti sunt: et abhominabiles facti sunt in studijs suis. etc. Ber. de gradib⁹ superbie in principio. Primi⁹ superbie gradus ē: curiositas. Sequit. Si videris monachū euagari: caput erectū aures portare suspēsas: etc. curiosuȝ cognoscas. et p⁹.
E Qui seip̄m ignorat: foras mittit: vt hedos pascat. in hedis eniȝ pa

scendis scilicet in motibus ordi/ natis se curiosus occupat. ¶ Ab hac curisiotate nobiles philoso/ phi precauebant. Sicut Socra/ tes qui totam philosophiam ad mores corrigendos componen/ dosq; reflexit: ait Aug. viij. de ci. c. iij. & Plato elegit Achademiã ad studium: q̃ frequenti terremo/ tu concutiebat: vt timore: discipli
F a libidine continerent: ait Pap. vnde Achademia: tristitia popu li iterpretatur. & erat villa distãs vno miliario ab Athenis. Unde & philosophia scdm eundem: put dicit Isaac in distinctionibus est tediũ: cura: & sollicitudo mortis. ¶ Qualiter etiam sancti patres occupationes vani studij excluse runt: & ad cognoscendũ deum: & seipsos studuerunt: & adimplẽda opere que audiebant aure: labo/ rauerunt: patet in vitis pa. No uerant enim scriptum. estote fac tores verbi & non auditores tm̃.
G Jac. primo. & factores legis: iusti sunt apud deum non auditores. Unde de abbate Pambo. ix. histo rie tripartite dicitur: q cum esset sine litteris accessit ad quendam vt doceret. Qui cum audisset ver sum illum: dixi custodiam vias tuas vt non delinquam & lingua mea: non est passus audire secũ dum versum: dicens intra se. Si potero opere hoc implere sufficit mihi hic versus tantum. Quem cum is qui versum sibi tradiderat culparet: cur per sex mẽses ad eũ non redisset: respondit. Quia ver
H sum illum adhuc opere non im pleui. Postea vo: cũ supuixisset plurimis ãnis: requisitus an ver sum illum adhuc impleuisset: respõ
L dit. Quadraginta nouem an/ nis vixi & adhuc vix implere pre ualui. Sed econtra est hodie de studentibus. Unde Sene. episto la. cvi. Quemadmodum omniũ rerum sic litterarum intempãtia laboramus. non enim vite: sed scole discimus. ¶ Item multi oc
M cupantur in varia fluxibilitate multiloquiorum. Job. vi. Ad in crepandum: eloquia concinnitis & in ventum verba profertis. ibi. mor. vij. in ventum verba pferre est: ociosa dicere. Sequit. Qui/ busdam se ruine gradibus desi diosa mens in fouee lapsum im pellit. Nam dum ociosa cauere negligimus: ad noxia puenim⁹. prouer. xvij. Qui demittit aquam caput est iurgiorum. Ibi Greg.
N aquam demittere est linguam in fluxum eloquij relaxare. Et post. Quot enim superuacuis rebus mens a censura silentij dissipat.
K quasi tot riuis extra se ducitur: qz per multiloquium exteri⁹ spar sa: vim intime cõsiderationis p/ dit. Nec redire interi⁹ ad sui co/
O gnitionem sufficit: & sic hostibus se exponit, puer. xxij. Sicut vrbs patens: & absq; murorum ambi tu: vir qui non potest in loquen/

do cohibere spiritum suum. Ibi
Gregori⁹. Qui murum silentii
non habet: patet inimici iaculis
ciuitas ment. Quã tanto sine la-
bore hostis superat: q̃to ipsa cõ
tra se per multiloquium pugnat.
L Idem dicit .ij. pastoral.c.xv. Et
ad cohibitionem huiusmodi oc-
cupationis in multiloquio stude
bant philosophi. Sicut Picta-
goras qui discipulis suis visum lo
quendi per quinquennium inhi
bebat: ait Ambrosius primo de
offi. & Seneca epistola .lv. Unde
Ambrosius. Tacere nosce: q̃ lo
M qui difficilius. Scio enim plures
plus loqui cum tacere nesciãt. et
tamen sapiens qui tacere nouit:
quia vt loquatur multa conside
rat scilicet quid: cur: vbi: quãdo:
dicat: ait ibi. Ubi ponit exempla.
Si non cohercetur ripis suis: ci
to lutum colligit amnis exundãs.
Habet enim habenas suas men
tis sobrietas. Itaque⁹ aduersarii
sermo noster est: vt min⁹ ipe ad-
N uersetur. Quod enim loquimur
excipit inimicus: & quasi gladio
nostro nos vulnerat. ex vbis. n.
tuis cõdemnaberis: & ex verbis
tuis iustificaberis. ¶ Qualiter
autem sancti patres studebãt ad
huiusmodi cohibitionem: patet
in vitis patrum libro .ij. c. de con
tinentia. vbi dicit: q abbas Aga
O thon portauit per trienium lapi-
dem in ore: vt disceret taciturni
tatem. & c. de discretione: ait senex
Si non tenueris linguam tuam
quocunq perrexeris nõ eris pe
regrinus. ¶ Item occupantur
multi inutiliter ammittẽdo tem-
pus innumerosa diuersitate dis-
cursitationum. Hiere. xiiij. c. hec
dicit dominus populo qui dilexit
mouere pedes suos: & ñ quieuit &
domino non placuit. & hoc. quia
mulier vaga idest cõcupiscentia
trahit eos post cõcupiscibilia sua P
prouer. vij. Considero vecordem
iuuenem: qui transit per plateas
Sequitur. Ecce mulier garulam
& vagam: quietis impatiens: nõ va
lens in domo consistere pedib⁹:
nũc foris: nunc in plateis. &c. Un
de signum est in religiosis nolen
tibus quiescere sed per mundum
euagari pro leuibus causis & in
utilibus: q a suis concupiscẽtiis Q
stimulãtur & trahuntur: & q nõ
sunt stabiliti firmiter in amore illi⁹
veri bõi: qd est necessariũ. Nam
abdicatiõe cõcupiscẽtie & appetit⁹
exteriorum erit aĩa quieta. Job.
xxviij. Mare loquitur: nõ ẽ in me
ibi mor. Quid in hac vita
laboriosius q̃ terrenis desideriis
estuare? Et quid quietius q̃ nihil
huius mundi appetere? Math.
xi. Tollite iugum meũ super vos
Sequitur. Et inuenietis requiẽ ani
mabus vestris. Unde & ad quietem
habendam ab huiusmodi discur
sibus principes etiam abstinebãt R
ait Sen. de breuitate vite: q Dio
nisius Augustus: cui dii plura q̃

vlli prestiterant:non desijt quietē precari: ⁊ vacationē a republica
R petere.¶ Phi etiam studiose se a discursibus continebant.Señ. epistola.ij.Bonaz spem de te cō cipio:si non discurris: nec locoꝝ mutationibus inquietaris. Egri animi est ista vagatio. Primuz argumentum composite mentis estimo: posse consistere:⁊ secum morari. Non enim proficit planta que sepe trāffert. Et ep̄la.lxxi. Mutare te loca:⁊ de alio in aliū ire nolo. Primū:q2 tam frequēs mutatio:instabilis animi est. Coalescere ocio non potest:nisi desiit circumspicere ⁊ errare. Ut aiuz possis continere: corporis tibi fugam siste deinde plurima remedia continuata proficiunt.Seq.
S Quotiens processeris:in ipso trāsitu aliqua que renouent cupiditates tuas tibi occurrēt. Et ep̄la cvij. Nihil eque prodest q̄3 quiescere:⁊ minimū est.alijs loq.secū plurimum.Unde ⁊ Señ.elegantez librum fecit de trāquillitate animi.Ubi ait in principio.Ad ociū conuertor. Quēadmodū pecoribus fatigatis velocior domū gressus est: ⁊ inter parietes suos placet vitā cohercere sic ⁊ mihi ire placet ad quietē.In fine q̄q3 eiꝰdem libri ponit exemplu3 aliud. Quemadmodum agros exhaurit nunq̄3 intermissa fecunditas:
T ita animorum impetus: assiduꝰ labor frāgit:⁊ vires recipiūt paulatim resoluti.s.quiete.Unde qui diligūt huiusmodi discursus: vlcerosas habent aīas:ait ibi ponēs exemplū bonuz. Ut vlcera tactu gaudent:⁊ fedam corporis scabiem delectat quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibꝰ in quibus cupiditates velut mala vlcera eruperunt: voluptati eē laborem vexationemq3.¶ Qualiter etiaz sancti patres discursus fugiebant:⁊ tranquille quieti studebant: patet in vitis patruz li.ij. c.de quieta conuersatione. Arsenius enim audiuit vocem dicentez sibi: Arseni fuge: tace.quiesce: Hec sunt radices non peccandi Et ibidem. Imperforabilis manet a sagittis hostis:q amat quietem. Qui autem multitudini miscet:crebra suscipit vulnera. Uñ de abbate Euagrio legitur in vitis patrum.c.de continentia:q̄ i cella viginti annis fuit:nec leuauit sursum oculos.vt tectuz videret. In collationibus quoq3 patrum legit̄ d̄ abbate Appollo:q̄ cum ad eū venisset frater eius deprecans vt exiret ad eleuandum bouem eius qui iacebat sub plaustro:respondit. Cur nō rogas fratrem tuum iuniorem:vt iuuet te? At ille. Quomodo possem: de sepulcro euocare eū:qui ante ānos quindecim obijt? Ait ille. An ignoras:ante viginti annos me mundo defunctū.⁊ nulla posse de huius celle sepulcro que ad vite huius solatia spectēt tibi ꝓferre? Xp̄s enim nec breuissimi momenti in

dutus pro patris indulsit sepultu
ra. Math. viij. que tamen hone
stius fiebat: q̄ȝ ego ab intentione
mortificationis accepte vel mo/
dicum ad bouē extrahendū pa/
tiar relaxari. Unde pȝ: q̄liter fuit
quietus mente ⁊ corpore. Naȝ ⁊
mortem fratris ante annos quin
decim ⁊ prope habitantis igno/
rabat: ⁊ q̄ȝ feruens fuerit conti/
nuando quietem quam ceperat.
¶ Itē multi occupantur amitten
do tempus inutiliter in multitu/
dine secularium negotiorū: inge
rendo se ⁊ implicando in hmōi
absq̄ȝ necessitate ⁊ vtilitate: ⁊ faci
endo domū orōnis. i. aīam suaȝ
domū negotiatiōis. Jo. viij. No
lite facere domū pr̄is mei domū
negociatōis Discurrūt. n. mlti nūc
ad palatia pncipū: nūc ad tēpla
pōtificū: nūc ad fora mercatorū
nūc ad spectacla vanitatū. Qui/
bus dr̄ Ece. xxviij. In multitu/
dine negotiationis tue repleta sūt
interiora tua iniquitate: ⁊ peccasti
A talibus autē negotiationib⁹: ni
si quatenus cogit necessitas: vel
pia vtilitas dbet se religiosus elō
gare: considerans illud quod ait
Mardocheus. Hester. iiij. q̄
non erat licitum indutū sacco: au
lam regis intrare. Unde Hiero.
epistola. xxxij. Si officiū vis exhi
bere presbyteri. si episcopat⁹ te vl
opus vel honor delectant viue
in vrbibus ⁊ castellis: ⁊ aliorum
salutem: fac anime tue lucrū. Si
autem cupis esse quod diceris. s.
monachus. i. solus: quid facis i
vrbibus: que non sunt soloꝝ ha
bitacula sed multorum? Sequit.
Habet vnumquodq̄ȝ propositū
principes suos. Romani duces
imitent Camillos: Fabritios: Re
gulos: Scipiones. Philosophi
proponant sibi Pictagoraȝ: So
cratem: Platonem: Aristotelē:
Poete emulentur Homerum:
Uirgilium: Terrentiū: Hystorici
Salustium Herodotum: Liui/
um. Oratores Lisiam: Graccū
Demostenez: Tuliū. Et vt ad no A
stra veniamus tempora: epi ⁊ p̄
sbyteri habeāt in exēplū aplos ⁊
aplicos viros: quorum honoreȝ
possidentes: habere nitant ⁊ me
ritum. Nos igit habeamus pro/
positi nostri principes: Pauluȝ.
Antonium: Julianum: Hilario
nem: Macharium: ⁊ vt ad au/
ctoritatem scripturarum redeaȝ:
princeps noster est Helyas: no/
ster Helyseus: duces nostri filij
prophetarum: qui in agris ⁊ soli
tudinibus habitabant: ⁊ faciebāt
sibi tabernacula prope fluēta ior
danis. hec ille. Unde hic notan/
dum q̄ ob lucrum animarū cō
ceditur epis ⁊ presbyteris esse in
vrbibus. ¶ Ideȝ epistola. xxxiij.
Interpretare vocabulum mona B
chi. Quod est nomen tuuȝ? So/
lus. Quid facis i turba qui solus
es? Ideo Hugo i tractatu de. xij.
abusionibus dicit. Sexta abusio

est monachus curialis. Ubi ait: Contingere solet: quod monachi curias frequentantes: causas audiant: iudicia perquirant: ad curias securiores recurrant: nec suas tantum sed aliorum causas defendunt Amant decreta consiliorum: non secreta misteriorum. decreta non psalmos ruminant. Sequitur. Laudari appetunt: eoque pro multis loquuntur Sed monachus multum loquens multum displicet. Hoc etiam intelligendum est de omnibus religiosis: nisi quantum cogit necessitas vel pia utilitas. ¶ Qualiter autem sancti patres se ab huiusmodi elongabant patet in vitis patrum. li. ii. c. de quieta conuersatione. Ubi ait Antonius. Sicut pisces in sicco moriunt: ita monachi vagantes extra cellam: vel cum secularibus morantes: a quietis proposito resoluuntur: Et ibidem de tribus monachis fratribus: quorum unus elegit litigantes pacificare: secundus: infirmis ministrare: tercius in solitudine quiescere. Qui conuenientes: narrauerunt duo tribulationes suas ei qui erat in solitudine. Qui ostendit eis aquam turbidam: vbi videre non poterant vultus suos. Sed cum esset limpida facta: inspexerunt et viderunt sicut in speculo. Sic est inquit: qui in medio hominum consistit. Turbida enim mens non videt peccata sua. Sed cum quieuerit maxime in solitudine: tunc de-

C

licta sua conspicit. ¶ Consimile exemplum ponit Grego. sup. Eze. li. ij. Omel. xi. vi. quod aqua concussa ymaginem aspicientis non reddit. Cum autem non mouet: tunc reddit. Sic est de anima. Et de huiusmodi occupationibus superfluis. Ecc. ij. Quid prodest homini de vniuerso labore suo? Cuncti dies eius: laboribus et erumnis pleni sunt: nec per noctem mente quiescit. Nonne hec vanitas? ¶ Unde Anselmus de similitudinibus. Similitudo est inter laborantes et molentes. Quidam enim quicquid molit in saccum reponit. Quidam partem vnam reponit: aliam negligentia in fluuium cadere sinit. Quidam totum vento exponit. Ideo in vespera aliter erit eis: quia quidam totum colliget: quidam nihil: quidam partem. Sic de laborantibus. Flumen est decursus seculi: mane nostra natiuitas: ventus vanagloria: vespera mors: molendinum labor seculi. Sicut enim mola circumcirca ad eundem locum semper reuertitur: sic labor noster animis singulis ad consimile principium reddit. et quidam sic laborantium totam mercedem colligunt. quidam modicum: quidam nihil. Sic se occupantes. in laboribus inutilibus tempus perdunt. Sap. iij. Uana est spes eorum et labor sine fructu. Ideo Ecc. v. Non aufert secum de labore suo. prouer. v. Ne des alienis honorem tuum: et annos

D

F

E

G

H

tuos crudeli. Sequiꝭ. Ne laboreſ tui ſint in domo aliena.

Capitulū quartum. De occupationibus que videntur bone de ordine.

a Lij. enim ſunt qui ſe occupant in bonis loquendo de bonis que dicunꝭ bona: qꝛ de genere bonorū: ⁊ tñ qꝛ illa bona deordinant perdunt tempus ſic laborando: ſaltē quo ad retributionem eternam. Qđ contingit ſeptem modis. Uel propter prauitatem: ⁊ culpā operantis. Geñ. iiij. Caym offerebat de fructibus terre munera domino. Et tamen ſequitur: ꝙ ad munera eius dñs non reſpexit: ſʒ ad munera Abel. Ubi Grego. mor. xxij. Ex dātis corde id qđ daꝭ accipitur. Ideo prius dicit. Reſpexit ad Abel: deinde ad munera. Non enim Abel ex muneribus ſed ex Abel munera placuerunt. Ad Caym ꝟo vel eius munera non reſpexit. qꝛ. ſ. ipſe diſplicuit. Iſay. i. Cū multiplicaueritis orationes veſtras: non exaudiā ⁊c. Sequiꝭ enim cauſa. Man⁹ enim veſtre: ſanguine plene ſūt. Itē occupationes ⁊ labores deordināꝭ: ⁊ a mercede fruſtrantur rōe vanitatis anime mouētis ad operandū. Sicut cum quis operatur bona que ſunt de genere bonorū vanagloria mouente. Mat. vi. Attendite: ne iuſtitiam veſtram faciatis corā hoībus. ⁊c. Alioqn mercedem non habebitis Ipſa enim vanaglia: de bono facit malum. Sicut cū daꝭ elemoſyna ꝓpter vanamgloriam. ait Augu. contra Fauſtum. iiij. Et q ſic operantur tempus perdūt: quia premio fruſtrantur: ſicut Uirgīes fatue. Math. xxv. Item deordinanꝭ occupationes laborū ob arrogantiam ⁊ iactantiam cordiſ ipſius operantis: vt pʒ de phariſeo Luc. xviij. q dicebat. Ieiuno bis i ſabbato. ⁊c. Sed fructu ſuo fruſtraꝭ ob iactātiā cordis. Iob. xxix. Iuſtitia indutus ſum. Ubi bñ Grego. de phariſeo iſto mor. xxix. O quot labores vno percuſſi vitio ceciderunt. Quāta bona vnius culpe gladio ſunt perempta. Unde magnopere oportet ⁊ bona ſpargere: ⁊ nos ab eis caute i cogitatiōe cuſtodire: ne ſi mētem eleuent: bona nō ſint: dū nō auctori ſed elationi militant. Unī. Mach. vi. Eleaçar elephantē feriens q ſub illo occubuit: ſignificat ꝙ arrogantia de culpa quam ſupat eleuaꝭ. ait ibi. Iob. xxij. Ut video: ſpūs ē in hominib⁹. Ibi mor. xxiij. Dicit Gregori⁹ de dicto phariſeo: ꝙ abſq iuſtificatione deſcendit: qꝛ de norū opū ſibi merita tribuens ſe pretulit publicano: Et ibi đ quattuor ſpecieb⁹ iactantie ſiue arrogātie. Quarum prima eſt: dum bonū a ſeipſis habere eſtimant. Secunda dum datum eis deſuper ꝓ ſu

is meritis eſſe credūt. ¶ Tertia
cum ſe iactant habere quod non
habent. ¶ Quarta cum deſpectꝭ
ceteris: ſingulariter videri appe/
tunt: quod non ſunt: De quibus
exemplificat bene. ¶ Item deoꝛ
dinantur ⁊ a mercede fruſtrātur
ex deoꝛdinatione intentionis diri
gentis que qualificat opera: Am
bꝛo.i.de offi. Affectus nomē im/
L ponit opi. Et Aug. epl'a.xxxviii.
Ipſa intentio diuerſificat eadem
opera in diuerſis. Ubi ponit exē/
pla de deo patre q tradidit filium
⁊ de filio qui tradidit ſemetipſuꝫ
⁊ de iuda qui tradidit ipſum dei
filium. Idem epl'a.iiij.contra Ju
lianum. Noueris non officijs ſꝫ
finibus a vitijs diſcernendas eē
virtutes. Unde non ſolū q bona
facit ad ſui oſtentationem: ea per
dit: ſed qui facit ad aliorum con/
temptū ⁊ d̊rogationē. Unde legit
Dial'.i.c.xxxviij. ꝙ malignus ſpi
ritus peregrinum ſe ſimulās cla
mauit per ciuitateꝫ derogās Foꝛ
tunato ep̄o in veſpis dicēs Ecce
quid fecit fertunatus. Peregri/
num de hoſpitio expulit. Quero
vbi regeſcere hēo: ⁊ i ciuitate ei⁹
M non inuenio. Quod quidam au/
diens: inuitauit euꝫ hoſpitio. Cū
qꝫ cōfabularent: puerulū eius in
uaſit: ⁊ animam excuſſit. Et hoc
ideo: qa vt dicit ibi Greg. multa
videntur bona que nō ſunt: quia
bono aīo non fiūt. Unde hūc de
lectatum eſſe non eſtimo gratia
hoſpitalitatis: ſed derogatiōe ep̄i
Sunt enim q bona facere ſtudēt
vt gratiam aliene operatiōis ob
nubilent: ſicut iſte: quem potius
eſtimo oſtentationi intendiſſe q̄ꝫ
operi: vt melioꝛa q̄ꝫ epiſcopus fe
ficetur. Augu. viij. Confes. in per
sona xp̃i Cibus sum grandium.
Cresce ꝛ manducabis me. Non S
tu me mutabis in te sicut cibum
carnis tue: sz tu mutaberis i me.
¶ Unde de pena idigne celebrã
tis dicit libro qui dicit paradisus Q
ꝙ cum ad sanctum Machariũ
venisset sacerdos quidam caput
hñs excoriatum ꝛ quasi cõsum-
ptuz vt curaret. Naz sibi de⁹ de-
derat gratiam curationum: non
tamen ab eo visus est vel susce-
ptus. Et cum staret: vt sui mise-

reretur: rn̄dit: ꝙ non erat dign⁹ curari: quia fornicatiōe pollutus sacra mysteria celebrarat. Jō sic cruciabat. Sed si promitteret: ꝙ vt sacerdos nunꝗ̄ mysteria diuina contingerēt: posset deo iuuāte medicinam accipere. Qui cū vocatus esset ac ꝓmisisset: nūꝗ̄ se fungi sacerdotis officio: sed ꝙ inter laycos semper staret: crimine ꝯfesso imposuit sibi manus ꝛ curatus ē. De vtilitate vero missarum legitur dialogorum. iiij. in fine.

¶ Capitulum decimū. Quod religiosus se deb; vtiliter occupat.

His vero spacijs intermedijs inter horas ꝑdictas debet religiosus occupari vel in studio vtili: sacraꝫ lectionem audiendo: vel per se acquirendo: ꝛ inuestigando. Lectiōe enim instruimur: oratione mendamur: ait Jsido. iij. de summo bono. c. viij. ꝛ Augu. super Joā. Omel. prima. Lectio ē sicut oleum in flamma. Si est ibi quod nutriatur nutrit: crescit ꝛ permanet. ꝛ Dama. ad Jo. episto. i. Lectione velut quotidiano cibo alitur ꝛ pinguescit oratio: ꝛc. ꝛ Alternatim audire debet sapientiores ꝛ studiose inuestigare. Jn audiēdo enim imprimitur ipsa veritas intime ꝛ intense ait Hieroni. epistola. xxxv. Et est in prologo biblie. Habet nescio quid latentis energie viua vox: ꝛ in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Unde prout dicit Jsac lib. de elementis: cum platonis obitus appropinquasset: ꝛ ad se discipuli cōuenissent: ait ꝙ audire magistros magis applicat intētionibus rerū: ꝗ̄ considerare in libris. Liber enim nō offert rem: sed tantum formas ex vna parte: magister vero offert plures formas ꝛm varios gest⁹ suos: ꝛ ex pluribus partibus respondet. ¶ Similiter in studendo solertius inquirit veritas ꝛ inuenitur. Sene. epi. lxxxvj. Alit lectio ingenium studio fatigatuꝫ non tn̄ sine studio reficit. Nec scribere tm̄: nec legere tantū. Sequitur. Alterum altero temperāduꝫ: vt quicqd lectiōe collectū ē stilus redigat in corpus. Et pōit exemplū: ꝙ alimenta ꝗ̄diu sunt integra innatāt stomaco: ꝛ oneri sunt cum vero mutata sunt: in vires trāseunt. Sic ꝛ que haurimus audiendo vel studēdo: nō patiamur integra esse: sed coquamus: ꝛ in ingenia ibūt. Jn quo studio ꝓuideri debet: ꝙ certa sit lectio: qꝛ vt ait Sene. epsto. xlvj. Lectio certa prodest: varia delectant. ꝛ Ber. ad fratres de mōte. Certis tpib⁹ ꝛ horis: certe est lectioni vacandū. Fortuita. n. ꝛ varia lectio: ꝛ quasi casu reperta nō hedificat: ꝛ leuiter admissa leuiter recedit a mēoria. Sꝫ certꝭ ingenijs inmorandū est ꝛ assuefa

clendus est animus. Sequitur
De quottidiana lectione aliquid
quottidie in ventre memorie de
mittendum est: q fidelius dige-
ratur: & rursum reuocetur & cre-
brius ruminet: qd proposito cõ
ueniat: qd intentiõi proficiat: qd
detineat animũ: ne aliena cogi
V tare libeat. Sepe auriendus est
de lectiõis serie affectus & formã
da oratio Sene. ep'a. ij. Distra-
hit librorũ multitudo: ita q cũ lege
re non possis quantũ habueris, sa-
tis est hre qd legis. Sed inquis.
Modo hũc librum euoluet vo
lo: modo illum. Rñdeo. Fastidi
entis est stomaci: multa degusta
re Que varia sunt & diuersa in-
quietant nõ alunt. Et studiũ iu
uat affectuosa oratõ. ait Ber. vbi
s. q oratio lectionem interrum
pit: nõ tamen interrumpẽdo im
pedit: qr priorem ad intelligen-
Z tiam animũ restituit. Totũ aũt
studiũ religiosi tẽdat ad augmẽ
tum religionis & deuotõis. Ber.
in meditationibus. Nihil aliud
docet me tota scriptura: nisi reli
gionis vnitatẽ seruare. Ego mi
ser & miserabilis citius curro ad
lectionem: q ad orationem. Li
bentius volo legem q missas au
dire. De hoc cassian⁹ lib. v. Col.
de abbate Theodoro dicit: q cũ
explicationem obscure questiõis
inquireret nec attingeret: septem
diebus & noctibus in oratione in
fatigabilis perstitit: donec solutio

nem deo reuelante percepit. Idẽ A
de institutione scripturarũ dicit.
Monachum cupiẽtem ad scri
pture noticiã pertingere nequaquã
debere labores suos erga com-
mentariorum libros ipendere. s.
totaliter: sed oẽm mentis indu-
striã & cordis itẽtionẽ erga emen
dationẽ vitiorũ detinet Quib⁹ ex D
pulsis: cordis ocli q̃si sublato ve
lamine passionum: scripturarũ
sacramenta contemplantur. Et
ponit exemplum de oculis corpo
ralibus: & lumie visibili. Sapiẽ.
vij. Optaui & datus est mihi sen
sus. ¶ Ceteris aũt horis quibus
nõ vacat religiosus orationi vel B
studio ociositatem debet cauere
& bona opera exercere: put dictũ
est supra. Ber. vbi supra. Nunquã
ociosus sit fu⁹ dei: quis ad deũ E
feriatus sit: quippe nomen tam
suspectum & vacuum & molle: re
tam certe tam sancte ponendum
non est.

¶ Capitulũ vndecimũ. Quali
ter accedendũ est ad refectionẽ.

Is aũt peractis accedẽ-
h dum est ad refectionem
corporum corruptibiliũ
vt conseruent & roborent ad ser C
uiendũ deo. Hac enim intentio
ne debet vir sanctus ad corporis
refectionem accedere. Et no. q
in accessu ad mensam debet esse F
dolor & iterna lamẽtatio. ¶ In
progressu sobria fragilitas: & pro-
uida discretio. ¶ In egressu vo

diuina laus

A diuina laus ⁊ gratiarꝫ actio. ¶ De
pmo Job. vj. Anteq̃ȝ cõmedaȝ
suspiro. Et merito. Ob memoriã
amisse imortalitatis per peccatũ
⁊ inflicte mortalitatis ⁊ defectibi
litatis: quã oportet reparare ⁊ re
creare per corporalem refectio-
nem. Nam licet homo in para-
diso comederet si non peccasset:
D prout dicit ab Augu. xiiij. de ci. c.
xxvij. di. ꝙ cibus aderat ne esuri
ret: potus ne sitiret lignum vite:
ne eum senectꝰ dissolueret: nihil
tamen corruptionis in corpore
vllas molestias vllis eius sensi-
bus ingerebat. Non tamen co-
mederet ad deperditiõis restau B
rationeȝ: nec ad miseriarꝫ cumu
lationeȝ sicut modo. Unde libro
qui dicit paradisus legitur de ab
bate: Jsidoro: ꝙ cum cibum su-
meret sepe lachrimabat dicens.
E Erubesco irrationabilem sumere
cibuȝ: qui rationalis a deo factus
in paradiso voluptatis deberem
versari: ⁊ cibo diuino saciari.
¶ Jtem ob cõsideratione igno
miniose vilitatis ipsius exactoris
cui oportet seruire manducãdo:
⁊ ob eius implacabilitatem ⁊ per
ditionem omnium que sibi exol C
uuntur. vt enim dicit Sen. epla.
xxij. Uenter precepta non audit:
ꝙ non possit appellat. Non est
F tam molestus creditor. Et epla.
cxij. loquens de ventre dicit. Jn
quem sic preciosa congerimꝰ tã-
q̃ recepta seruanteȝ: quid ad rẽ

pertinet ꝙ accipiat perditurus
qcqd acceperit? Jdẽ de breuitate
vite. Cum ventre homini est ne
gotium. Nec rõnem patitur: nec
equitate mitigatur: nec vlla pce
flectitur eius esuries. Jdõ merito
cum dolore accedit: vt sibi fuiat.
Et vere beatꝰ est qui sibi ñ seruit
Job. xxix. Clamorẽ exactoris ñ
audit. Quod exponens Grego.
de ventre ait. mor. xxx. Seruitus
exactoris est. necessariorꝫ nature G
postulatio. Clamor vͦo est men-
suram necessitatis transiens ap-
petitum gule. Unde legitur libro
qui dicitur paradisus de abbate
Serapione qui et Sydonius di
citur: eo ꝙ sindone vestiebatur:
ꝙ cum Athenas venisset: nec tri
bus diebus ante comedisset: nec
perã nec pecuniam haberet: q̃rta
die esuriens ⁊ stans iuxta locum
consilij clamauit. Uiri Athenien
ses succurrite. Requisitꝰ qd ha-
beret. respondit. Trium fenerato
rum manus incurri: ⁊ duorꝫ de-
bitum solui. Tertius me retinet:
nec satisfacere possum. Interro- H
gatus: qui essent illi: respondit.
Cupiditas pecunie: desideriũ vo
luptatum: ⁊ voracitas ventris.
Duos video euasisse: tertiũ eua-
dere nequeo: qꝛ mõ me vrget. Et
tunc quidam philosophi creden
tes eũ quedam ficta dicere: soli-
dum vnum offerunt: Queȝ tra-
dens cuidaȝ vendenti panes: ac
cipiensq̃ȝ vnum panem tantum

R

recessit. Et solidum recuperaue/
runt philosophi: dato pcio panis
¶ Idez legitur.iiij.coll.collatōe
iiij.sub alijs verbis: vt habetur:
q senex quidam disputans cum
philosophis sub colore pblema/
tis hoc expressit. Multis inquit
creditoribus me pater meus re/
liquit obnoxiū. Sed ceteris sol/
uens:ab eorum molestia libera/
I tus:vni satisfacere quottidie sol/
uendo non possum. Et querenti/
bus solutionem: rñdit. Multis
fui vitijs constrictus:quib⁹ tanq̄
molestissimis creditorib⁹ omnē
substantiam abitiens satisfeci:at
q ab eis absolutus sum. Castri/
margie vo stimulis carere neq̄o
nec licet eam redigerim:in par/
uum modū:vim quottidiane im
pulsionis euado. Sed necesse ē
perpetuis ꝯuentionib⁹ perurgeri
atq̄ iexplebile iferr vectigal. Cu
ius exactionis quottidiane cum
molesta consideratione merito
cum luctu debet homo ad refec/
tionez accedere. Sic Tobias cū
luctu sumebat panem. ¶ Conse
K quenter debet esse discretio ꝛ so/
bria frugalitas in pcessu:siue v su
ꝛ hoc multipliciter. ¶ Primo
vt sit gule ꝛ omniuz eius specie/
rū abdicatiua exclusio. Iob.xxx.
Clamorem exactoris non audit
Vbi mora.xxx.dicitur:q per exa
ctorem signatur venter:vt dictū
est. Cuius clamor non est audiē
dus:gulam restringendo. ¶ Cu

ius species sunt quinq̄.s. ¶ Vel L
tempus preueniendo: vt Iona/
thas.i.Regū.xiiij. ¶ Vel cibos
lautiores appetendo: vt populus
carnes desiderās in deserto. Nu
meri.xi. ¶ Vel cibos accuratius
preparando: vt filij Heli.i.Reg
ij. ¶ Vel mensuram excedendo.
vt Sodoma. Eze.xvi. Hec fuit
iniqtas Sodome.ꝛc. ¶ Vel ni/
mis ardēter appetendo: vt Esau O
geñ.xxv. vnde vsus. Pre prope
laute nimis ardenter ꝛ studiose.
Sic Ionathas popul⁹ sodoma
q seyrq sacerdos. A quibus oi
bus speciebus oportet frugaliter
precauere. Ecc.xxxi. Super mē/
sam magnam sedisti. Sequitur M
Utere quasi homo frugi his que
tibi apponuntur. ¶ Item pvida
discretio: vt sit alimentorum cor
pus inflammantium debita sub
tractio. Corpus eni est vt fornax
ardens maxime iuuenile. Alimē
ta sicut fomenta inflammantia. P
Ideo cauendū: ne subministren
tur nimis inflāmantia rōne q̄nti
tatis vel qualitat. Hiero. ad Eu/
stochium epistola.xxxiij. Vinuz
ꝛ adolescentia duplex incendiuz
voluptatis. Quid oleū flamme
adicimus: Idē epistola.lxxxviij.
Quicquid inflammare corpus
potest: qd fomentum voluptati N
suggerit fugiendum est amore
castitatis. Et epistola.xciiij. ad fu
riam de viduitate seruanda. Nō Q
Ethne ignes: nō vulcana tellus

non viscus & olympus tantis ar/
doribus estuant: vt iuueniles me
dulle vino plene: & dapibus in/
flammate. ¶ Et q2 vinum & car
nes inflammant: iõ ab eis antiq
abstinebant. Hiero. ij. ꝯ Iouiñ.
Esus carniũ & potus vini: vẽtris/
q3 saturitas: semiaria sunt libidi
nis fm illud Comici. Sine cere
re & baco friget Venus. Vñ nar
O ratibi: Iouis prophetas non so/
lum a carnibus: sed a coctis cibis
abstinuisse: prout fert Euripides
Et de sacerdotibus egypti narrat
q semper abstinuerunt a carni/
bus & vino. Et q Athenieñ. tria
precepta in templo erãt deos ve
nerãdos: honorandos patres: &
carnibus non vtendum. ¶ Itez
necessaria est discretio: vt sit con
cupiscentie insidiantis cauta de/
uitatio. Gregorius vbi. s. volu/
ptas sub necessitate se paliat: vt
eam vix quis etiam perfect⁹ dis/
P cernat. Et. ix. mor. in fi. Discretio
nis moderamie carnis cura ser
uanda est: vt seruiat: & minime
principetur: ne quasi domina ani
mum vincat: sed subacta: mẽtis
dominio quasi ãcilla famuletur.
Et Augu. ix. confessionum: hoc
me docuisti deus: vt quẽadmo/
dũ medicamenta: sic alimenta
sumpturus accedam. Sed dum
ad quietem sacietatis ex indigen
tie molestia transeo: in ipso transi
Q tu insidiatur mihi laqueus con/
cupiscentie. Sequit. Cum salus

sit causa edendi & bibendi: adiũ/
git se tanq̃ pedisequa periculosa
iocunditas: que plerunq3 preire
conatur: vt ei⁹ scil3 cã fiat: qd salu
tis causa facere me dico vl' volo.
Ro. xiij. Curam carnis ne feceri
tis in desiderijs. ¶ Item discre
tio debet esse: vt sit hostis inclusi
triumphalis deuictio. Gregori⁹
mor. xxx. Neq3 ad conflictu3 spi
ritualis agonis cõsurgitur: si nõ
prius in nosipsos hostis positus R
gule scilicet appetitus edomatur
Sequit. In cassum ꝯ exteriores
hostes in campũ bellũ geritur. si
intra ciuitatis menia insidiãs ci
uis habetur. Vnde princeps co
quorum destruxit muros Hieru
salez. iiij. Reg. vl. i. anime ṽtutes:
put dicit Hiero. super illud gal.
v. Qui xpi sunt carnem sua3 cru
cifixerũt. De quo hoste idẽ Hie
ro. epistola. lxxxiij. Hic hostis in
tus inclusus est. Quocũq3 pergi
mus nobiscum portam⁹. Sequi
tur. Moderatus cibus: & nũq̃
vẽter expletus triduanis ieiunijs
prefertur. Et multo meli⁹ ẽ. quot S
tidie q̃ raro satis sumere. ¶ Itẽ
d3 esse prouida discretio in actu
refectiõis: vt sit carnis sub lege
spiritus redactio: & ne sit ex̃ via3
dei vagatio. vt enim dicit Aug.
li. sermonũ: sermone primo. Ca
rnis iumentum est: quod ẽ freno &
fame domandum: q2 de via que
ducit Hierusalẽ. excludere cona
tur Hieronim⁹ epistola. xcv. Ca

ro domāda est: vt sessorem spūm
sanctū moderato atq; cōposito
portet incessu. Cibaria eniz ꝛ vir
T ga: ꝛ onus asino ꝛc. Ecc. xxxiij. ꝛ
i. cor. ix. Castigo corpus meū. ꝛc.
Quod exponit Gre. mor. xxx. de
castigatione per abstinentiam. i.
cor. xi. In fame ꝛ siti. ꝛc. ¶ Itez
debet esse prouida discretio i vsu
alimētoꝝ: ne fiat viriū aggraua
tio: ꝛ operum impeditio: ſ; sit ad
opandū pmptitudo. Hiero. epi
stola. lxxx. Cibus sit olusculū ꝛ si
V milia: raroq; pisciculi: ꝛ ne prece
pta gule longius trahā: sic semp
comedas: vt semp esurias: ꝛ sta
tim post cibuz possis legere: psal
lere: ꝛ orare. Idē pmo. ꝯ Iouiñ.
Ad: sse debet rō: vt tales ꝛ tātas
sumam⁹ escas. quib⁹ nec onerek
corpus nec pregrauetur libertas.
Luc. xi. Ne grauent corda vra
crapula ꝛc. ¶ Item debet esse p
uida discretio in sumptiōe alimē
toꝝ: ne p immoderantia pterita
X oporteat fieri pnialis maceratio
siue disciplinalis castigatio vnde
ꝯria ꝯrijs curent: ait Gre. super
euan. lib. i. omel. xij. ꝛ mor. xxiiij.
in principio: Et vt p abstinentiā
fiat reuersio inpadisum: a quo di
scessimus per gulaz appetendo li
gnum vetitū. Per aliā. n. viā re
uersi sunt in regionē suā. Mat.
ij. vbi Greg. super euange. lib. i.
omel. xi. A regiōe nostra supbiē
do inobediendo: visibilia sequen
Y do: cibū vetitū gustādo discessi
mus. Sed ad eaz necesse est: vt

flendo obediēdo visibilia ꝯtem
nendo: carnis appetit⁹ refrenādo
rdeam⁹. Hiero. epistola. lxxxiiij.
Sollicite puidendū est: vt quos
saturitas de paradiso expulit esu
ries reducat. Mat. v. Beati qui
nunc esuritis quia saturabimini.
¶ Magna ergo ars ꝛ solers in
dustria necessaria est ad vtendū
necessarijs in refectione corpali.
Ideo phil. iiij. Ego didici in qb⁹
sum sufficiens. Sequit. Ubiq;
ꝛ in omnib⁹ instructus suz. Scio
saturari. ꝛc. Ubi Grego. sup Ece.
li. i. omel. vij. Ars magna hec sci
re: de qua gloriatur apls. ¶ Re
citare vo exempla sanctoꝝ patrū
de pdictis ꝛ austeritates vite eoꝝ
nobis modernis maior est cōfu
sio q̄ laudatio. Nam in eis fuit
alimentoꝝ vilitas ꝛ austeritas.
Quidam eniz viuebant herbis
crudis. quidaz modicis fructib⁹.
Quidaz siccis panib⁹ ꝛ aqua: vt
patet in vitis eoꝝ. Hiero. ad Eu
stochium epla. xxiiij. De cibis ꝛ
potibus taceo. cum etiam languē
tes monachi aqua frigida vtant
ꝛ coctū aliquid accepisse: luxuria
sit. Hec ibi. ¶ Item alimentoꝝ
erat eis impreparabilitas siue ru
ditas. eoꝝ enim erat studium: q̄
alimenta saporez amitterēt. Sic
beatus Germanus qui cineres
intermiscebat cibis ne saperent.
ꝛ beatus Franciscus idem facie
bat. Nec salsam aliam querebāt
q̄ famem ꝛ laborem. Uñ Ber.
ad fratres de monte. Panis fur

fureus: ⁊ similiter aqua: olera vl legumina simplicia neq̄q̄ res delectabilis est: sed amore xp̄i ⁊ desiderio interne quietis ventri bñ morigerato gratanter ex his satisfacere posse: valde delectabile est. Sequitur. Facillimū est ⁊ delectabile: adiuncto amoris dei condimento: s̄m naturaz viuere ⁊ ponit exemplum de pauperib⁹ quibus est delectabile sic viuere.
B ¶ Item in eoruz refectione erat tēporis tarditas: q꞉ vix aut raro comedebant ante solis occasuz. Unde Hiero. ad Paulinū ep̄la xxxv. Sit vilis ⁊ vespertin⁹ cibus olera ⁊ legumia: interdūq꞉ pisciculos p̄ summis ducas delitijs. Qui enim xp̄m desiderat: ⁊ illo pane vescit: nō querit magnope q̄ de cibis preciosis stercus ꝯficiat. Quicq̄d post gulam nō sentitur: idez sit tibi quod panis ⁊ legumina. Unde in vitis patruz li. ij. c. de continentia: ait solitarius. Nunq̄ vidit me sol manducan
C tem. ¶ Item erat refectionis eorum raritas. Quidam eni comedebant semel in biduo vl triduo. vñ lib. q dicit paradisus legitur de Pachomio sub quo erāt trecenti monachi: q̄ ali⁹ ieiunabat ieiunio biduano: alius triduano. Macharius ṽo in angulo vno stabat vsq꞉ in finem quadragesime non panem vel aquā gustās: non genua flectens: non in terra iacens: sed tantuz folia cruda dic dominica sumens. ⁊ cuz ibat ad nature necessaria nec os opiens nec alicui loquēs: sed corde orās ⁊ aliquid manibus efficiēs ibat.
D ¶ Item erat in eis alimentoruz insensibilitas. Cibi enim delicati eis non sapiebant: quia sensuz suum ad eorum saporem non conuertebant. vnde sancti patres nesciebant comedere carnes. prout legitur in vitis patrum. c. de continentia. ¶ Item erat in eis refectionis obliuiositas. prout dicitur ibidem de abbate Sysoi: q̄ cuz discipulus diceret ei: surge pater manduca. rñdebat. Nonne ad-
E huc manducauimus? Cui cū discipulus diceret: non: aiebat. Si non manducauimus: manducemus. ⁊ ibi de abbate visitāte aliū Quibus cum apposuisset discipulus panes. manserūt sic vsq꞉ ad diem alium hora sexta loquētes de spiritualibus. ⁊ tūc excitati comederunt. ¶ Itez erat in eis circa opera vtilia occupatio duz comedebant: ne intenderent cibo.
F Unde ibi d̄ abbate priore dicitur q̄ ambulādo comedebat. ⁊ interrogatus quare: ait se sic comedere: vt id non vt opus aliq̄d ageret: ⁊ vt comedēdo delectationē anima non haberet. Idem legit de abbate Hor libro. ix. hystorie tripartite. Qui forte idem fuit: s꞉ binomius. ¶ Contraria ṽo sunt in modernis multis religiosis: q̄rentibus in alimentis delitiosita

tem: accuratam preparabilitatem et sic de aliis. vnde Hieronymus epistola quadam in persona talium dicit. Natus in paupere domo: in tugurio rusticano: qui vix milio et cibario pane rugientem saciare ventrem poteram: modo similam et mella fastidio. Noui genera et nomina piscium: in quo litore collecta sunt. Calleo saporibus auium: discerno prouincias et ciborum raritas: ac nouissime damna ipsa delectant. Et de talibus Bernardus epistola. ij. de disciplina monachorum ad abbatem Cluniacen. Inter prandia quantum fauces dapibus: tantum aures pascuntur rumoribus: quibus totus intentus: modum nescias in edendo. Et ibidem. Fercula ferculis apponuntur: et cum pro solis carnibus: a quibus aliquotiens abstinetur: grandia piscium corpora apponuntur. Et cum prioribus saturatus fueris: si secundos scilicet pisces attigeris: videtur tibi non gustasse pisces. Tanta quippe accuratione et arte coquorum omnia apparantur: quatenus quatuor aut quinque ferculis deuoratis. priora non impediunt nouissima: nec saturitas minuit appetitum. Pallatum quippe dum nouellis seducitur condimentis. paulatim dissuescit ad cognita. Post venter quidem tumescit oneratur: sed varietas tollit fastidium. Et subdit. Quis dicere sufficit quot modis: vt de ceteris taceam: sola oua vexantur. versantur: durantur: liquantur: quantoque vertuntur: subuertuntur: diuiduntur: et nunc quidem frixa nunc assa: nunc farsa: nunc mixtim: nunc singillatim apponuntur. Ut quid hec omnia nisi vt solo fastidio consulatur. Et post. Dum oculi coloribus: palatum saporibus aliciuntur: infelix stomacus: cui nec colores lucent: nec sapores demulcent: dum omnia suscipere cogitur: oppressus magis obruitur quam reficitur: et cum crebris ructibus se repletum indicet: nundum curiositas satiatur. Iam vero de aque potu quid dicam? quando quidem nec vllo etiam pacto ad vinum aqua admittitur? Omnes nimirum ex quo monachi facti sumus: infirmos stomacos habemus: et necessarium apostoli de vtendo vino consilium merito non negligimus: modico tamen quod ipse permisit cur nescio pretermisso. Et vtinam vel vno solo vino contenti essemus. Pudet dicere sed pudeat potius actitare: et si pudet audire non pudeat emendari. videas in vno prandio ter vel quater semiplenum calicem reportari quatinus diuersis vinis magis odoratis quam potatis: non tam haustis quam attractis sagaci approbatione et oculi cognitione: vnum tandem e pluribus quod fortius sit eligat hec Bernar. Idem super Cant. omel. xxxi. super illud. Qui volue

rit animam suam saluam facere
&c. Quid hic vos dicitis obser-
uatores ciborum: neglectores mo
rum? Hypocras & Socrates do
cēt: animas saluas facere in hoc
modo. Christus & discipuli eius
perdere. Quez vos e duobus se
M qui vultis magistrum? Manife
stum se facit qui disputat. hoc ocu
lis: hoc capiti: hoc stomaco no
cet. Et post. Legumina ventosa
sunt: caseus stomacum grauat:
lac capiti nocet: potum aque pe
ctus nō sustinet. &c. Quare hoc
K est? vt totis fluuijs: agris: hortis:
& cellarijs vix inuenire possis qđ
comedas. Puta queso: te mona
chum esse non medicum: nō de
comprehensione iudicandum:
sed de professione. &c. Et quod ti
mendum est: sunt aliqui qui fin
N gūt se debiliores: medicinas eua
cuatiuas querunt: vt liberius &
excusabilius delicatis vtant. De
quibus bene Bernardus dicta
epistola. Aiunt: incolumes con
uentuz solere deserere. & se in do
mo infirmorum qui non sunt in
firmi collocare. Carnium esu:
qui vix egrotis & dbilibus ex re
L gule discretione pro virium repa
ratione conceditur: non quidez
corporis inflammantis ruinā re
ficere pro commodo: sed carnis
O luxuriantis curam facere in desi
derio. Et post. Delicata nimis ē
medicia: prius alligari q̄ vulne
rari: membrum non percussum
plangere: nundum suscepto ictu
manuz apponere: fouere vnguē
to vbi non dolet: emplastrū ad-
hibere vbi lesura non est. ¶ Et
non solum in sanctis claruerunt
exempla predictorum sed etiā in
philosophis. Unde Policratus
lib. viij. c. viij. ait Socrates: mul
tos homines ideo velle viuere:
vt edant & bibant: se autem bibē
re & comedere vt viueret. Unde P
& ferūt: Galienū decime diei ab
stinentiam loco medicine indi-
xisse: vt dicit ibi. Et Seneca glo
riatur: q̄ post mensam suam
non esset necesse lauare manus.
epistola. lxxxv. Jō Hieroni. ad
Helbiam. O miserabiles: quoꝝ
palatum non nisi ad p̄ciosos ci-
bos excitatur. Et ep̄la. xciiij. In-
felices sunt: qui maiorem habēt
famē q̄ ventrem. ¶ Item non
solum in philosophis exemplum
abstinentie viguit. sed etiā in ma
gnatibus. Ait Poli. vbi. s. d Au
gusto Cesare: q̄ minimi erat ci- Q
bi & vulgaris panem secundariū
& pisciculos & ficus appetebat. Et
de Scipione emiliano: qui in iti-
nere accepto pane vesci solitus erat
Jō tales diu viuebant & viribus
vigebant: sicut contrariū facien-
tes: qr miserabiles naturam pau-
cis contentam epulis suffocant.
multos morbos & languores: &
tandem festinatam mortem incur
runt. Sen. ep̄la xci. Antiqui me
dici nesciebant dare cibū sepius

R S T

⁊ vino fulciri venas cadētes. Ne sciebant sanguinem minuere: ⁊ diuturnam egrotationē balneis sudoribusq; laxare. Non enim necesse erat circunspicere multa auxiliorum ⁊ remediorum gratia. cum essent periculorū paucissima Nunc vero q̄ longe processerunt cause valitudinis: inumerabiles esse morbos non miraberis. Coquos numera. Morbos multos multa fercula faciunt. Medicina quondam: paucarum scia fuit herbarum: quibus sistit fluens sanguis vulnera paulatim sanantur Deinde in hanc peruenit tā multiplicem varietatem. Nec mirum tunc illam minus negotij habuisse: firmis adhuc solidisq; corporibus: ⁊ facili cibo nec per artē voluptatēq; corrupto. Qui postq̄ cepit: non ad tollendam sed irritandā famē queri: inuente sunt mille conditure: quibus auiditas extccaret. Inde palor: ⁊ neruorū vino madentium tremor: ⁊ miserabilior ex cruditatibus q̄ ex fame macies. Inde in totā cutē humor admissus: distentusq; vēter dū male assuescit plus capere q̄ poscit: cogitur putrescere sumpta non coquere. Deinde q̄ fedi pestilentesq; sunt ructus q̄tū fastidium sui exalantibus ventrē: in initiis ingesta viscerib⁹ per os redd unt. Quid capitis vertiginez dicam? qd oculoꝝ auriūq; tormenta: cerebri estuātis imutatiōes ⁊ inumerabilia febriū gnā: aliarū ipetu seuientium: aliaꝝ tenui peste repentium: aliarum cū multo horrore. membroꝝq; cassatione venientium? Quid alios referā: inumerabiles morbos? Immunes erant a malis istis antiqui q̄ nūdum se delitijs soluerāt: Sibi imperabant: sibi ministrabant: corpora sua aut opere aut labore durabant. Excipiebat eos cibus: q non nisi esurientibus placere posset Itaq; nihil tunc opus erat ita magna medicorum suppellectili nec tot ferramentis ⁊ pixidibus Poterant enim vicijs simplicibus obstare remedia simplicia. hec ille. ¶ In sumendis vero necessarijs d; religiosus seruare ordinem ⁊ modum: vt non solum corpus intēdat reficere alimētis: sed ⁊ animā spūalibus hortamētis. Ber. ad fratres d̄ monte. Cū manducas nequaq̄ totus manduces: sed corpore refectionē sumente: mens omnino suam non negligat: sed de memoria suauitatis dei vel scripturarum aliquid quo pascat meditando: aut memorando secum ruminet ⁊ digerat. Sequit. Seruandus est modus: ne effundat animum suum comedens super omnē escā: observandum ne ante horam observanda q̄litas. ⁊c. Ideo statutum est a sanctis patribus: q̄ religiosis corpora reficientibus legatur sacra lectio: qua aīe reficiant.

V Z X A Y B

Unde de Origene dr: nunq̃ sum psisse cibum sine lectione: prout t di. Hieronim⁹ epistola .lxxxvij.

¶ In exitu vo vel egressu a refectione: debent laudes deo exolui. ꝛ gratiarum actiones p collatis beneficiis. Unde ꝛ Saluator postq̃ fecit pasca cum discipulis: hymno dicto exiuit in montē oliuarum. Math. xxiiij. Ad cuius imitationem religiosi debent adire ecclesiam que est mons sanctus completa refectione: vt deũ laudent. Edent enim pauperes: ꝛ saturabunt: ꝛ laudabunt dñm. Ut enim ait Hiero. epistola. lxxxiiij. Nec cibi ante sumant: nisi oratione premissa: neq̃ a mensa receditur: nisi creatori gratie referantur.

¶ Capitulum. xij. Qualiter se debet hẽre religiosus p⁹ refectionẽ.

h Is expletis debet religiosus post refectionem cauere a gestus leuitate: a multiloquij varietate a ludi ꝛ spectaculorum vanitate: ne sit illius populi imitator. Exodi. xxxij. Se
A dit populus manducare ꝛ bibere. ꝛc. Illum enim gestũ dz habere post cibum. s. maturiorẽ q̃ ante: vt tollatur omnis excessus suspitio. prout dicit Hugo in sũma sua. ¶ Item cauere debet a torpida occiositate: eo q̃ ea hora
B est homo pronus ad ocium ꝛ desidiam. Ad quam excutiendam debet vacare verbo edificatorio vel vtili studio. Hieronim⁹ ep̃la lxxxviij. Statue tibi q̃t horis sacram scripturam legas: nõ ad laborē. sed ad delectationē. Señ. epistola. xciij. Quo minus legas non te terreo: dũ quicqd legeris ad mores statim referas. Illos compesce: marcentia in te excita solerta constringe: contumaciaꝫ doma: cupiditates vexa. Uel vaces deuote orationi: et fructuose operationi: vel fraterne vel edificatorie collatiõi: exemplo sancto
rum qui talibus vacabāt post re- C
fectionem: vt patet in vitis patrũ per totum, ꝛ nunq̃ sit seruus dei ociosus. ait Ber. vbi. s.

¶ Caplm decimūtertiū. De laude vespertina.

h Is autem completis: soluende sunt laudes vesptine: vt offeratur deo sacrificium vespertinum: in figura q xp̃s in mundi vespera homo factus: mundum redemit. Uñ ꝛ congrue institutum est: q ea hora, quando q̃ psalmi decantētur ad laudem dei in figura quando
q̃ vulnerum. que xp̃s pro mun D
do pertulit. Ideo tunc laudādus in psalmis ꝛ hymnis ꝛ canticis spūalibus. Eph. v. ꝛ Col. iij. Et tũc ꝛ omni hora qñ deus laudatur cor est ab exterioribus colligēdum: moderandum: ꝛ preparandum. exemplo eorũ qui cantant instrumentis musicis. Qui pri⁹ instrumenta ꝛ cordas proportio

nabiliter temperant cum plectro exteriori: vt cordis temperatis & proportionatis: cōcorditer & dulciter ante magnates pulsent. Sic debet religiosus antequam cantet apud deum: in corde suo conceptus &
E affectus moderari: & plectro discretionis proportionari: vt dulciter & concorditer cātēt corā deo. vn in figura sanctorum Apoc. v. singuli habebant cytharas & phialas aureas plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorū. Ut per cytharas in quibus corde in ligno tendunt: corpora mortificata: & per fialas que sunt vasa pura: decora: lucida: preciosa sctōrum corda laudibus plena intelligant Ecc. xiiij. Ante orationem prepara animam tuam. ℂ Item hora vespertina quia principalior est post
F matutinalem cauenda sunt multa. s. cordis distractio & euagatio de quibus supra in laude matutinali ℂ Et hoc propter dine maiestatis presentiam. Unde Ber. in meditationibus. Cum ad orādū vel psallendum: eccliam intraueris. fluctuantium cogitationum tumultum extra relinque: curam quam exteriorem oium penitus obliuiscere: vt soli deo vaces. Sequitur. Intende illi qui intendit tibi Aud: loquentem tibi: vt ipse ex-
G audiat te loquentem sibi. ℂ Itē propter angelorum presentiam. Unde sequit ibi. Quoniam preuenerunt principes coniuncti psallentibus prout exponit ibi de angelis & sicut anima est preparanda ante orationem canonicā: & in oratione seruanda quieta: sic & post
K ad defectus proprios dirigenda: & ad deum erigenda: postulando veniam de multimoda negligentia: & innumerosa deficentia que fiunt in laude diuina: sz documētum Saluatoris. Luc. xvij. Cum autem oia benefeceritis: dicite serui inutiles sumus. Melior enim fons orationis: quam principium. H
Eccle. vij. ℂ Ecōtra est de multis qui vix stare possunt in ecclia vsque ad finem horarum. Quibus timendum est: ne ab hoste inde trahantur. Sicut de monacho beati Benedicti. ij. Dial. c. v. vbi dicitur: quod erat vagus nec in oratiōe poterat stare. Quod audiēs beatus Benedictus: accessit ad lo- L
cum & vidit: quod puerulus niger eū trahebat extra: nec permittebat stare in oratione. ℂ Consimiliter timendum est de multis: Ut enim legitur. iiij. col. collatione. iiij. triplex est causa quare nō habetur deuotio in oratione. vel ex negligentia: quia spine & tribulli sunt in I
corde vel ex hostis impugnatione. Uel ad probationem ex diuina dispensatione: vt perseuerantia & cordis desiderium cōprobetur.

ℂ Capitulum decimūquartū. de moderantia cene.

Is completis si tempo-
h ris congruitas & corporis

necessitas exigit: vt sequatur se/
cūda refectio siue cena: que qui/
dem est refectio post prandium
ait Greg. super euā. li.i. omel. iiij.
K Cena est conuiuium in fine diei
ꝛ li.ij. omel. xvi. Post prandiuȝ
restat cena. Cum maiori ergo ti/
more ꝛ dolore ad cenam est acce
dendum ꝙ̄ ad prandiū. Sancti
enim patres ieiunabāt biduanis
ꝛ triduanis ieiunijs: vel saltē in
fine diei semel cibum sumebant:
H vt habitum est supra. Et ꝛ vt di/
cit Hiero. epistola. lxxxiiij. antiq
monachi. s. cenobite cenas i prā
dia mutabant: ne ventrem cibo
duplicato onerarent. ꝛ in epistola
Platonis legit: ꝙ nō placet bis
in die saturatum fieri Ut ait Tul.
v. tus. q. Et ideo nos moderni q
cenas delicatas prolixis prandijs
L superaddimus: timere debemus
ꝛ etiam prouidere: vt sit cene bre
uitas: alimenti modicitas: in su/
mendo sobria frugalitas: ne fiat
ventris oneratio: corporis aggra
uatio: virium ad exercenda debi
la officia impeditio: ꝛ ne sequatur
tempe oratiōis indigestio. ꝛ som
I niorūȝ illusio. Oratius. Cena bre
uis iuuat: prope riuum somnꝰ in
herba. Hier. contra Iouinianū
Comedendū est: ꝛ dormiēdum:
ꝛ digerēdū: ꝛ post inflatis venis
incentiua libidinis sustinenda qꝛ
luxuriosa res vinum. ꝛc. prouer.
M xx. Sequit. Nec tales sumamus
cibos: quos aut difficulter dige/
rere aut comestos magno labo/
re paratos ꝛ perditos doleamus
Olerum: pomorum: ꝛ legumi/
num ꝛ facilior est apparatꝰ: ꝛ ar
te impendium ꝛ medicorum nō
indiget. ꝛ li.x. coll. collatione. iij.
Generalis continentie modus ē
Ut ꝓm capacitatem virium cor/
poris ꝛ etatis tantum cibi sibi qui
libet cōcedat: ꝙ̄tum sustentatio
corpis non ꝙ̄tum desiderium sa
turitatꝭ exposcit. Sequit. Recēs
esce perceptio tam in vespertinis N
ꝙ̄ nocturnis orationibus tenueȝ
leuemqȝ sensum inuenire non si
nit. Ideo sanctis comode. ꝛ vtili
ter hora nona refectionis tempꝰ
indultum est in quo reficiēs mo
nachus non solum in nocturnis
vigilijs leuis ꝛ vacuus verū etiā
in ipsis vespertinis laudibus di/
gesto iam cibo aptissimus inue/
nitur. Ut enim di. Ber. ad abba
tem Cluniacen. Si ad vigilias
indigestum cogis: non cantuȝ ex
torques sed planctum. ¶ Econ/
tra multi faciunt: q cum nō ha/
beant refectionis necessitatē nec O
appetitum: nec in cibo saporē: ni
hilhominus: sumunt cibos: ꝛ ce
nant in corporis nocumentuȝ: ꝛ
officiorum debitoruȝ impedimē
tum potiusꝙ̄ emolumentum. Et
quod turpius est salsamentis: vł
potius gule irritamentis appeti/
tum prouocant: ꝛ famem ꝙ̄ non
habent mendicant. De tali. Se/
neca epła. xxij. Querit non vt vē

trem impleat: sed farsiat. quomo
do post saturitatē quoq; esuriat
quomodo sitiz: in prima potatio
ne sedatam reuocet. Unde Tul.
P v.tus.q. de Dionysio tyranno dic
q cum cenasset: negauit se dele-
ctatum esse in cibo. Respōdit co
quus. Minime mirum: qr con-
dimenta d̄ficiunt. Qui cum que
reret que essent illa. rn̄dit. Labor
sudor: cursus: fames: sitis: Tali-
bus enim lacedemoniorū epule
condiuntur. Uoluptuosi enī que
rentes voluptatem. auferunt eaz
sibi: qr satiati non inueniunt sapo
rem in cibo: sicut esurientes. pro
ut exemplificat ibi d̄ Dario. Qui
fugiēs vulneratꝰ cū bibisset aquā
turbidam: cadaueribus inquina
tam: ait se nunq̄ iocundius bibis
Q se z hoc qr nunq̄ sitiens biberat
vsq; mō. ¶ Similiter d̄ Ptho
lomeo. cui cum pergenti egyptuz
datus esset panis cibarius nihil
fuit visum sibi iocundius eo: qa
esuriebat. ¶ Ab his ergo deordi
nationibus cene cauere debet re
ligiosus cuiꝰ est: nocte in dei lau
dibus vigilare. ¶ Post cenam
ṗo cauendum est ab omnibꝰ que
post prandium cauenda sunt: z il
lis vacandum quibus z tunc: de
quibus dictum est: z multo am-
plius: vt sicut corporalis refectio
est duplicata: sic z aīe sit gemina
ta. Cuiꝰ refectio est in deuota ora
R tione vel sacra lectiōe: ne talia nō
cauenti dicatur illud Job pa
uit sterilem que non parit. s. car-
nem: z vidue non benefecit. i. ani
me eam reficiendo sua refectiōe

¶ Capitulum decimūquintum
de diuina laude in cōpletorio.

Post ista accedere dz reli
giosus ad ecclesiā p sol
uēdis debitis laudibꝰ d̄o V
in completorio: qua hora sūt me
rito laudes deo soluende in me-
moriam agonie saluatoris: z ora S
tionis in ipsa agonia: quando. s.
sudor eius sicut gutte sanguinis
descendit. Luce. xxij. Et in me-
moriam regetionis in sepulchro
Unde m:rito dicit completori-
um quia tunc complete sunt se-
ptem laudes canonice i septima
hora: vt creatori qui omnia con
didit septem diebus: z eidem re
demptori qui oēs reformauit se-
ptem sacramentis: z gratificauit
spiritu septiformi: z ipsi beatifica
tori: q beatificabit post hanc vi-
tam que currit septem diebus: z X
dotabit beatificatos septem dot̄
bus. s. quattuor corporis z tribus
anime: laudes septenarie plena-
rie exoluantur. Nam per septē
vniuersitas designat: ait Greg.
super euan. Omel. xij. Et ēt gra-
tia septiformis. mor. i. ¶ Et i lau T
dando hac hora potius q̄ alijs
debet homo auertere se ab om-
nibus exterioribus: seq; ad lau-
dandū deum q̄uertet. Un̄ icipit
Cōuerte nos deꝰ salutaris no-

fter ⁊c. Ad innuendum q̄ quia
fuit homo distractus per opera
vite actiue i die: Luce.xij. Mar
tha martha sollicita es ⁊c. tūc dz
inuocare dei auxilium ⁊ adiuto-
riuz ad se auertendum ab illis: ⁊
conuertendum ad deum. Et qa
non est speciosa laus in ore pec-
V catoris. Eccle.xv. Antecedit cō
fessio generalis ad cor abluēduz
a cūctis pulueribus in operibus
S diei ꝯctis. Et cantādo diuinas
laudes: tunc cauēda sunt que di
cta sunt in matutinis. ¶ His ve
ro decantatis laudibus vacāduz
est diuinis orationibus: ⁊ celesti
bus meditationibus: ait Hugo
in summa sua. Nox est tempus
silentij ⁊ quietis: dies tempus la
boris ⁊ operis. In noctibus de-
bent homines esse secum: ⁊ aut
fessa corpora somno reficere: aut
orationibus ⁊ sanctis meditatio-
nib⁹ se in silentio exercere. ¶ In
primis ergo redire ad cor suum
religiosus debet tenendo sibi ca
X pitulum mētale. In quo capitu-
lo ratio iusta debet stare loco pre
sidentis: conscientia recta loco ac
cusantis: cogitationes ⁊ affectio
nes ordinate ⁊ regulate loco te-
stium: zelus feruens ⁊ constans
T timor loco executoris exequētis
mandatum iuste rationis decer-
nentis reuz puniri. de quo Aug.
de pnīa. Constituto in corde iu-
ditio: adsit accusatrix cogitatio: te
stis conscientia: carnifex timor.

Inde qdam sanguis aie consitē
tis: per lachrymas estuat. ⁊ Ber.
in meditationibus. Integritatis
tue curiosus explorator: ꝯdigna
discussione vitam tuam examia
Attende diligenter q̄tum profi
cis: q̄tum deficis: qualis sis in
moribus: qualis in affectibus: q̄
similis deo: ⁊ q̄ dissimilis: q̄ p-
pe: q̄ longe: nō locorum inter-
uallis: sed mor affectibus. Stu
de cognoscere te. Sequit. Red Y
de te tibi ⁊ si non semper saltem
interdum. Rege tuos affectus:
corrige excessus: dirige actus. Ni
hil in te remaneat indisciplinatū
Pone omnes transgressiones
tuas añ oculos: ⁊ sic teipsum plā
ge. Idem ad fratres de monte.
Disce vitam tuam ordinare: mo
res componere: te iudicare: accu
sare: condemnare: nec impunitū
dimitte. Sedeat iudicās iusticia
stet rea: ⁊ se accusans cōscientia.
Nemo te plus te diligit: nemo fi
delius iudicabit. Mane p̄terite
noctis fac a teipso examinationē
⁊ venture diei tu tibi indicito ca
nonem. Vespere diei preterite ra Z
tionem exige: ⁊ superuenientis no
ctis fac inditionem: ⁊ sic districto
nunq̄ lasciuie tibi vacabit. Qui
sic facit seipsum diiudicat: ⁊ dei
iudiciuz euadet. i. cor. xj. Si nos
metipsos diiudicaremus ⁊c. Job
xxxiiij. Non ē in hois potestate
vt veniat in iudicium. Ibi mor.
xxv. Est iudicium interius i quo

sancti quicquid contra, se impu/
gnat eneruant. Ibi ante oculos
suos omne qd defleant coacer/
uant: Ibi tot patiuntur supplicia
quot pati timēt. Nec deest i hoc
A iudicio minister qui punit reos.
Nam cō sciētia accusat: ratio iu
dicat: timor ligat: dolor excruciat
Sed qa multi hoc negligunt cō
queritur dominus. Isay. lviij.
Non est iudiciū in gressibus eo
rum. Job vbi supra. Nunquid q
non amat iudicium sanari pōt.
In hoc iuditio manifestatur di
uine bonitatis miseratio in colla
tiōe bonorum donorum: ⁊ bene
ficiorum: ⁊ hois peccatoris abu
sio de eisdem: ⁊ ex hoc eiusdem
humiliatio: ⁊ iudicij futuri formi
datio ⁊ euasio. Idō in hoc iudicio
diuina honoratio. Honor enim
regis iudicium diligit. Uere iudi
ciū determinat causas: prouer.
xxvj. Et quia ibi relucet dei boni
tas: bona homini cōferrendo: ⁊
hominis prauitas: eis abutendo
ideo prouer. xxij. Cogitationes iu
storum iudicia. Sene. iij. de ira
in fine. Quottidie ad rōnem re
B dolendam vocandus est anim⁹
hoc faciebat Sextius: vt cōsuma
to die cum ad nocturnam quietē
se recepisset. aium interrogaret.
Quod hodie malum tuum sana
sti? Cui vitio obstitisti? Qua ex
parte melior es? Definet ira ⁊ mo
deratior erit. s. aius: q sciet quot/
tidie ad iudicem esse veniendū

Sequit. Utor hac potestate quot
tidie. Apud me cām iudico: to/
tum diem mecum scrutor: facta
dictaque mea rememoror: nihil
mihi abscondo: nihil transeo.
Quare quicq̄ ex erroribus meis
timeam cū possim dicere: vide
ne amplius hoc facias ⁊c. Ex di
ctis igit̄ debent confundi religio
si qui se nō iudicāt: nec facta sua
scrutantur: cum gentiles audiūt
hoc fecisse.

¶ Capitulum decimūseptimū
Qualiter accedendum est ad lo
cum qetis ⁊ somni.

Redcō capitulo mētali
completo in corde: ⁊ aīa
eleuata per spem ad patrem mi
sericordiarum ⁊ deum totius cō
solationis ⁊ inflammata diuina
dilectione: q̄si compulsa graua/
mine corporis aīam aggrauātis
accedendum est ad locum quie
tis cum dolore ⁊ amaritudie: qa
oportet dei laudes interrūpere:
exemplo sanctorum. Unde in vi
tis patrum. c. de cōtinentia dr̄ d
abbate Daniele: q̄ tota nocte vi
gilabat. Et volens circa mane p
pter naturā dormir̄ dicebat som
no veni serue male: ⁊ subripiens
paucillum somni sedendo: statī
surgebat. Intrans aūt ad dormi
endum debet se fidelis munire
signaculo crucis inuocando do/
minum Jesum: ⁊ ponendo il/
lum vt signaculū super cor suū
⁊ brachia ad demones effugan/

E do s eorūq; illusiones ⁊ insidias
euadendas. Hiero.epl'a.lxxxviij
Crebro crucis signaculo muni-
as frontem tuam: ne extermina-
tor egypti locum in te inueniat: sz
primogenita que apud egyptios
pereunt in mente tua saluentur.
Unde i vita beati Raymūdi cā
turieñ. legit: q dum separaret se
a socijs: sacris insistens medita-
tionibus apparuit sibi puer cādi
dus ⁊ rubicūdus dicens. Salue
F dilecte mi. Quo mirante subiun
xit. An me nō agnoscis? ⁊ cuz di
ceret se eum nō nosse: ait. Quo-
modo hoc cum in scholis ad la-
tus tuum sedeam: ⁊ tibi iseparabiliter sim cōiunctus. Respice i
frontem meam. Qui aspiciens:
vidit aureis litteris scriptū Jesus
nazarenus. Dixitq; illi: hoc ē no
men meum: qd tibi sit memoria
le in desiderio aie: qd diligenter
⁊ articulariter nocte qualibet im
prime fronti tue. Et per hoc cō
tra mortem subitaneam munie-
ris. Quicūq; enī sic fecerit mor
tem subitaneaz nō videbit. Qui
bus dictis disparuit. ¶ Consimi
liter intrans ad dormiendum dz
esse celicis ⁊ diuinis cogitationi
G bus illustratus. Ber. ad fratres
de monte. Iturus i somnum ali
quid tecum defer in memoria et
cogitatione: i quo placide obdor
mias: qd ēt somniare iuuet. Sic
tibi nox dies illumiabitur: et nox
illuminatio tua i delitijs tuis: pla

cide obdormies: i pace quiesces
facile euigilabis: et surgēs facilis
eris et habilis ad redeundum in H
diem: vnde nō totius discessisti.
Unde de origene: ait Hiero. epi.
cvij. Nunq; ei venisse somnum
nisi vnus e fratribus: sacris litte
ris personaret. Sicq; dormienti
erit somnus delectabilis. Sōnia
enim qñq; fiunt sm qualitatez
eorum que vigilans cogitauerat
Job. vij. c. Terrebis me p som-
nia. Ibi mor. viij. Cum somnia
contingant aut ventris repletio-
ne: aut inanitione: aut illusione:
aut cogitatione: aut reuelatione:
cogitationes sanctiores: celestio
res: d'uotiores sequunt somnia I
blandiora: ⁊ delectabiliora. Job
xxxiij. Per somnium in visione
nocturna. Seqtur. Aperit aures
virorum: ⁊ exaudiens eos istruit
disciplina. Unde phūs. i. ethi. in
fi. Reprobat opinionem dicētiū
malos non differre a bonis nisi
sm dimidium vite. s. tpe vigilie ⁊
nō tpe somni q est quies. Cōtra
quos ait: q meliora sunt fantas-
mata iustoꝝ q̄ quorumlibz: qa
meliora fuerāt cogitata ab eis in K
vigilia. Ideo boni in somnis dif-
ferūt a malis. Cui ꝯcordat Auic.
lib. de anima parte q̄rta. di. Do
minum quoddam est verbum
somnium: qd fit cum hō cōsue
uit dicere verbum ⁊ vincere fal-
sam ymaginationem. ¶ Uir aūt
religiosus somnum capiens: ho

neste debet esse compositus: ca/
uens ne somnus sit nimis ꝓfun
L dus ⁊ absortiuus:non tumultuo
sus nō ꝓlixus. Ber.ad fratres d̄
monte. Caue serue dei q̄ntum po
tes:ne totus q̄nq; dormias: ne
sit somnus tuus nō q̄es lassi sed
sepultura corporis suffocati:non
reparatio sed sp̄us extinctio. Su
suspecta res est somnus: magna
in parte ebrietati similis. Sequit
Quantū ad debitum cōtinui ꝓ/
fectus:nihil tp̄is tam perit de vi
ta nostra q̄z qd̄ somno deputat.
Et post carnalis h̄o ⁊ brut⁹ som
nus.s.et sicut dicit letheus dict⁹
a lethe fluuio īfernali: qui ſm fa
bulas obliuio īterpretatur abho
M minandus est seruo dei. Et in vi
ta beati Ber.legitur: ꝙ si quez re
ligiosum in dormiendo durius
stertentem: vel minus composi/
te iacentem videret vix patienter
ferre poterat. ¶ Ad habendum
s̄o somnum tenuem iuuat vict⁹
⁊ potus sobrietas. Ut enim dicit
N ibi: tenuez victū somnus tenuis
comitatur. Et dicta ep̄la. Sobri
um cibum: sobriumq; sensū seq̄t
sobri⁹ somnus. Ecc.xxxi. Som/
nus suauis in hoīe p̄co. ¶ Itez
iuuat ad hoc bona precedēs ope
ratio Ecc.v. Dulcis ē somn⁹ ope/
ranti. ¶ Item ad hoc iuuat stu/
diosa meditatio de diuina lege ⁊
celica virtute. prouer.iij. Custodi
legem atq; consilium. Sequitur
Si dormieris non timebis: qe/
sces: ⁊ suauis erit somn⁹ tu⁹. Job
xi. Secur⁹ dormiens requiesces: O
⁊ non erit qui te exterreat. ¶ Cū
q; sic dormiēs euigilauerit debet
cor leuare ad deum orādo ⁊ me/
ditādo: ⁊ aliqñ surgere. Hiero.
epistola .lxxxiiij. Noctibus bis
terq; surgendum est reuoluēda/
q; sunt de scripturis que memo
riter retinentur. Sic aūt dormiē
ti somnus etiam ipse meritorius
est: ait ibi Hiero. Somnus ipse
sanctis ē orō nec vacat sanctis so
nus a merito. Grego.mor.viij.
Hostis īsidiās quos vigilantes
minime supat dormiētes maxie
impugnat. Quod agere superna
dispensatio benigne ꝓmittit: ne i
electorum cordibus a passionis
premio ēt somnus vacet. Sicq;
somnus sanctis est oratio ⁊ meri
torius: quia vigilant ad bene agē
gum q̄z diu p̄nt: ⁊ q̄si coacti acce
dunt ad somnum: ⁊ accedentes
sic se muniunt ⁊ ordinant vt di/ Q
ctum est. Somnum enim capi
unt: vt expediti ⁊ agiles postea
deo famulēt. Job.vij. Si dormie/
ro.s.ad corpus recreandum: di/
caz qñ surgaz ad deo expeditius
seruiendum. ¶ Hoc vero exple
to: surgendum est ad soluenduz
laudes matutinales de q̄bus di/
ctum est: vt redeat religiosus ad
soluendas laudes a quibus ince
perat: ⁊ dicat circuiui ⁊ imolaui R
in tabernaculo eius hostiaz vo/
ciferationis ⁊c. In circuitu enim
ad eundem

ad eundem punctum linea ter-minatur a quo incipitur: vt patet in linea circulari. Sic debet vir celicus deum laudare incipiens a dei laudibus: et finiens: vt cum consumauerit: tunc incipiat. Ecc. xviij. Et ps. Psallam deo meo quamdiu fuero: donec .s. hostes omnes triumphaliter vincat: et cacumen contemplationis ascendēs: premium bene psallentium accipiat. Abach. iij. et sup excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.

¶ Incipit pars secunda que dicitur locariū.

v Olo: viros orare i oi loco: leuantes puras manus. etc. i. thimo. ij. Quemadmoduz religiosus debet esse occupatus vtiliter in omni hora: et sollicite cauere a temporis amissione: vt dictum est: sic in omni loco debet esse honestus: exercendo virtuosa opera ad que locus est assignatus: et precauere ab omni abusione in locis deputatis ad opera sibi congruentia. Et quia in paucioribus via magis: studeat religiosus: hōeste se habere in septē locis. Quod erit facile: si fuerit bene occupatus omni hora temporis. Ideo breuiter transeo hic de istis locis. quia patent ex predictis Et hec pars huius collatiuncule potest dici locarium. In qua auctoritates sanctorum colliguntur quibus religiosus instruitur qualis esse debet in quolibet loco.

¶ Capitulum primum. Qualis esse debet religiosus in ecclesia.

In primis ergo studeat vt sit in oratorio deuotus: et intētus operibus: ad que oratorium institutum est Augu. in regula. In oratorio nemo aliud agat: nisi ad quod factum est: et vnde nomen accepit. est. n. domus orationis. Mat. xxij. vii Hugo de. xij. abusionibus. vndecima abusio est: dissolutio i choro. Nam vt dicitur ibi: in choro sunt quidam corpore: in foro mēte. Sequitur duodecima abusio est irreuerentia circa altare. Nihil ergo dz ibi fieri nisi orationis: et ad orationem pertinens. Aug. ij. de ci. c. viij. Quia populi ad ecclesiaz confluūt: casta celebritate: honesta quoque vtriusque sexus discretione vt audiāt quam bene hic viuere debēt. Sequitur. Nihil eis turpe: aut flagitiosum spectandum: imitandumque proponatur: vbi dei viui aut precepta insinuātur: aut miracula narrātur: aut dicta laudantur: aut beneficia postulātur. Idem. v. confessionuz de matre sua. Ad ecclesias ibat mane et vespere: non ad vanas fabulas et loquacitates: sz vt audiret te in sermonibus tuis: et tu audires eam in orationibus suis. ¶ Sed econtra multi faciunt: qui ibi vaniloquia multiplicant: cōuiuia istan

rant: cõmessationibus vacãt. etc. Sanctus autem Ambro. non si nebat: in ecclesijs cõmessationes fieri: ne esset cã ingurgitandi: ait idẽ. vi. confes. Et qd multũ dolen
X duz est: tempore psalmorum et orationum: multi inuicem colloquẽtes interrumpunt: et impertinentia interserunt: vel loquunt in corde cum fantasmatis ymaginibus et cogitationibus: facientes domum dei speluncam latronum. Math. xxi. hmõi enim locutiones interiores et exteriores furantur de laude dei. vnde in tractatu de speclo hystoriali legit: qp diaconus vertens se ad eccliaz vbi due mulieres multiplicabant va
Y niloquia vidit diabolũ super eas in spetie symie omnia scribentez et cedulam dentibus dilatantem eo qp ille in tantum verba multiplicabant: qp cedula non caperet ¶ Sed nõ sic sancti patres. vñ Cassianus coll. ij. dicit: qp ad solemnitates conueniebant: et tantũ silentiũ prebebatur: vt in vna innumerosa multitudine fratruz conuenientium: preter eũ qui cantabat in medio: nullus adesse videbatur. At precipue cũ consumat oratio: in q̃ nec sputũ emittitur
Z nec excreatio obstrepit: nec tussis intersonat: nec oscitatio trahitur: Nulli gemitus: nulla suspiria astãtes impediunt. Nulla vox preter sacerdotis auditur: nisi forte per excessum subrepserit. Qui ergo alia opera non facit in eccl'ia: nisi ad que instituta est: et ea exercet intente et deuote absq abusione honeste et ordinate se gerit in ecclesia.

¶ Capitulum secundum. Qualis dz esse religiosus in capitulo.

Consequenter religiosus in capitulo: vel in loco disciplinę debet esse obedi- A
ens humilis mansuetus: et subiectus. Si vo prelatus: debet eẽ discretus: puidus: verax: iustus: et pius. De q̃ domo discipline Ecc. vltimo. Congregate vos in domo discipline. etc. Sine hac eniz nulla religio stare potest: ait Augu. lib. sermonum: sermone. lvij. Non enim supbia nisi vbi negligitur disciplina. Nam disciplina est magistra religiõis et vere pietatis: que nec iõ icrepat vt ledat nec ideo castigat vt noceat. Deni qz mores hominum irata corrigit: inflammata custodit. ¶ In domo ergo discipline studeat religiosus: vt sit in eo deffectuum et B
culparum luculenta recognitio: humilis confessio: penitentie libens susceptio: et impletio: et eorum deinceps cauta deuitatio: recogitans illud Hebre. xij. In disciplina perseuerate. puer. iij. disciplinaz domini ne abiũias. ps. Disciplina tua correxit me in finem. Bonitatem et disciplinam et scientiã doce me. Aug. li. smonũ: smone. lviij. Bonitas maliciaz vincit: di

disciplina

sciplina voluptatem & vitia casti gat: scientia illuminat cecitatem. ¶ Exemplū in collationibus patrum de Phasnutio: de quo dr̄ q̄ cū ꝯ eum quidam inuidia ductus in cella eius codicem abscō disset: ac deinde ante abbatē Ysidorum querelā exposuisset: dicēs codicem sibi ablatū mirantibus illis: q̄ tale quid inter ipsos nūq̄ contigerat: ille vrgebat: vt mitterentur seniores qui scrutarentur omnium cellas ꝑ libro ingrēdo. Sicq̄ factum est: & liber in cella
C Phasnutij: inuentus reportat⁹ est. Ille v̄o lz esset conscientie securus: satisfactioni se tradidit: ꝑspiciens ne si furti maculam verbis conaretur abluere: etiā mendatij notaretur. Nemine igit̄ suspicāte aliud q̄ inuentū est: profusis in oratione lachrymis: triplicatis ieiunijs: & humilitate ꝓstratus duabus ebdomadibus se afflixit: & in ecclesie limine se ꝓsternebat ad veniaʒ ante fratres. Deo aūt non patiente: euʒ amplius infamari: is q̄ imposuerat sibi crimē arreptus a demone ore suo rei seriem retulit: nec ad orationem abbatis vel fratrum liberari potuit xp̄o seruante hāc gratiam Phasnutio: vt eius orōnibus purgaretur cui insidiatus ē. Et sic deus remunerauit in presenti eius humilitatem & patientiam. ¶ Uere enim talis debet esse subditus in capitulo, vt eniʒ

dicit Hugo de.xij.abusionibus: D
decima abusio est lis in capitulo vbi dicit: q̄ capitulum est officina spūs sancti: in qua dei filij cōgregantur: vt deo reconcilientur Noli ergo frater esse quasi Sathan qui aduersari⁹ dr̄. ¶ Prelatus v̄o in capitulo debet esse iustus & pius. Job.xxx. Cū sederē quasi rex &c. Ibi mor.xx. Miscēda est lenitas cuʒ seueritate: & faciendum est quoddā tempamentum: vt nec multa asperitate exulcerentur subditi: nec nimia benignitate soluant̄. ps. Uirga tua & baculus tuus. &c. Uirga.n. percutit: baculus sustentat. vt infun- E
dant vinum & oleū. vinum quo vlcera mordeant̄: & oleū quo foueantur. Luce.x. In archa eniʒ erat virga cum manna. Hebre. x. quia boni rectoris in pectore debet esse virga discretiōis: & mā na dulcedinis. ait Grego. vbi.s̄.
¶ Capitulum tertium. Qualis esse debet in scola.

In domo v̄o sapientie: vel in auditorio: discipl'us debet esse docilis igenio F
attentus exercitio: beniuolus aīo Attentus ad audiendū: docilis ad intelligendum: beniuolus ad retinendū. vn̄ scolaris dr̄: q̄ nihil sit disco us. i. a scolis diuisus. & scola dicit̄ vacatio: ait Boe. d̄ disciplina. Et Sene. de se & suis conscolaribus loquens de Atylo philosopho dicit q̄ primi ad sco

lam veniebāt ꝛ nouissimi exibāt.
epistola.cviij.Talis enim sapien
tiam assequet puer.ij.Si sapien/
tiam inuocaueris: ꝛ cor tuum in
clinaueris prudentie: si quesieris
eam quasi pecuniam: ꝛ sicut the
sauros effoderis illam. tunc itel/
liges timorem domini ꝛ scientiā
dei inuenies. ¶ Si fuerit doctor
H debet esse ad docendum, pmpt⁹
ꝛ vt auditoribus pficiat studio/
sus: Ait Sen. vbi.s.loquēs d di
cto philosopho: q nō solū patū
inueniebant eum scolares: sꝫ ob/
uium. Nam ꝛ docenti ꝛ discenti
debet esse ppositum: vt ille pdeē
velit: hic pficere. ¶ Item debet
esse prouidus in docendo: vt sit
I eius doctrina vera ꝛ sana tanq̄
scriba doct⁹: pferēs de thesauro
suo noua ꝛ vetera. Math.xiij.
¶ Itē debet esse virtuosus exē/
plo ad doctrinam alijs imprimē
dam. ꝛ in se ope confirmandaꝫ.
Qui enim fecerit ꝛ docuerit hic
magnus vocabitur i regno celo/
rum. vnde Tul.v.tus.q. Turpis/
simum est philosopho: quando
cū vita pugnat oro. Et ponit exē
pla. Turpe est: se grāmaticū pfi/
teri: ꝛ barbare loqui. Aut velle
se haberi musicū: ꝛ absurde cane
re. Sic ꝛ turpior fit philosoph⁹
in vite rōne peccās. Et tn̄ nihil/
K omin⁹ qdam q vident aliqd sibi
esse: vitia que ipsi frequentant: in
alijs mordent: reprehendūt: ꝛ la
cerant: ac si ipsi ad ea que argu/
unt minime teneant. Hiero.epi
stola.xc. ad Rusticū monachuꝫ
Nulli detrahas: nec i eo sanctū
te putes si alios laceras. Accusa/
mus eniꝫ in alijs sepe qd facim⁹
ꝛ ꝯ nosipsos diserti: in nr̄a inue/
himur vitia: muti de eloquente
bus iudicantes. Ut enim ait Se
neca. epistola.vij. Plus hoies L
oculis q aurib⁹ credūt. Et longū
est iter per precepta: breue ꝛ effi/
cax per exempla. Sequitur. Tur
ba sapientū plus ex morib⁹ q̄ ex
verbis Socratis traxit ethi.x.in
fi. In operationib⁹ vita ꝛ operi/
bus iudicat: ꝛ sermones conso/
nantes operibus acceptādi. vbi
commētator dicit: q res faciunt
sermones credibiliores: sed non
econuerso. Et cū dissonant smo
nes ꝛ actiones interimunt: sꝫ cū
consonant prouocāt audientes.
Ideo summus magister cepit fa
cere ꝛ docere act.i. Et fuit potēs
in opere ꝛ sermōe Luc.vltimo.
Quod eniꝫ turpissimuꝫ est solet
nobis obici: verba nos philoso/
phie non opera tractare: ait Se
neca epistola.xxv. Unde doctor M
intendere debet: vt potius disci/
puli informētur in vita q̄ in scia
Hiero.epistola.xxxiiij.ad Nepo
tianū. Isocrates adiurat discipu
los anteq̄ doceat: ꝛ iurare com
pellit: ꝛ extorquet sacramento si
lentij sermonem: incessus man/
suetudinem: habituꝫ moresq̄ de
scribit. Quanto magis nos qui/

bus animarum medicina com-missa est? Sed contraria sunt in multis vt patet consideranti.

¶ Capitulum quartū. Qualis esse debet in locutorio.

In collocutorio autem: religiosus debꝫ eē discretus considerādo: quid: cui: qñ: vbi: ꝛ quō loquat'. Vñ.n. Hugo in summa sumēs a beato Grego. super Eze. li. ij. omel'. xi. In loquēdo consideranda sunt quinqꝫ. ¶ Primo qd loquendum vt sit ꝑino in gratia sale cōditus. ¶ Secūdo cui loquendū q: aliter vni: ꝛ in diuersis statib⁹. ¶ Tertio quando: q: v̄bum est aliquando dicendū: aliqñ tacendum: aliqñ differendū. ¶ Quarto qualiter: q: verba que hūc ad salutem reuocant: alium vulnerant. ¶ Quinto q̄ntum: ne eum qui multa facere non valet: ad fastidium ꝓuocem⁹. Et mor. xxiiij. in fi. In loquendo sunt quattuor ꝯsiderāda: Que: cui: qñ: quō dicatur. Nam vt dicit. xxxij. lib. in ꝑncipio. Omne qđ dr̄ q̄driptita qualitate distinguit'. Est enī ma-lum: maledicere: cū res ꝓuersa suadetur. Et est bonum bn̄dicere: cū recte pfat': ꝛ est bonū maledicere: cū vitiū exprimit' vt reprobet: ꝛ est malū bn̄dicere: cū rectū non recto studio ꝓfertur. Religiosus igitur aut taceat: aut dictis mōis loquat'. Hiero. ep'a. lvij. Prescindēda est lingua: vt qui loqui nescit discat aliquando reticere. Jac. i. Si quis putat se religiosū eē nō refrenās linguā suam. ꝛc. Non est dubiū: qn diabolus suadeat religiosis: vana ꝛ friuola loqui: ꝛ studeat impedire collatiōes spūales. vnde. v. coll'. de abbate Machate dr̄: q̄ grāꝫ impetrauit a dño: vt quot dieb⁹ aut noctib⁹ ageret collatio spūal' nunq̄ dormiret. Sed si q̄s v̄bū detractionis vel ociosum diceret mox in somnū caderet. Hic dicebat: zabulon esse fabularꝫ fictorē ꝛ spūaliū collationū impugnatorem. Cū enim qdam e fratribus de spūalibus disputaret vidit q̄sdam eorū sopore demergi: ꝛ cū ociosam fabulam introduceret: omnes euigilasse. Idem legit' in vitis patrum. c. de sobrietate. vbi addit. Carissimi fratres agnoscētes: malignj spūs opus esse: attendite vobis: custodiētes vos a sōno cū spūalia auditis vel facitis. Et in. c. de continentia. Non est monachus qui non tenet linguā Unde vna de. xij. abusionib⁹ est rumor in claustro. Ubi sequitur. Sunt q sedēt: non vt lectioni: sꝫ rumoribus ꝛ scurilitatib⁹ vacēt q locum tacendi nusq̄ ꝛ nunq̄ seruant: sed nunc hos: nunc illos ad colloquiū ꝓuocant.

¶ Capitulum quintum. Qualis debet esse in suo ministerio ꝛ labore.

In loco quoqz laboris ⁊
l ministerij:religiosus de-
bet esse ꝓmpt⁹ ad laborā
dū ⁊ obsequēdū f̃fribus.Ecc.vij.
Ne oderis opera laboriosa:⁊ ru
sticationē a deo creataz.⁊ hoc in
sincera charitate:iocūda ilaritate
vrbana honestate:⁊ voluntaria
S ꝓmptitudie gal'.v. per charitatē
s̃uite inuicez.Et.vi.Alter alteri⁹
onera portate.Et hoc exēplo pa-
truz li.i.coll'.de Phasnutio:cui
cum cura orti esset ꝯmissa tanq̃
seni ad alia inepto.hec ⁊ alia offi
cia ꝯplebat nocte cōsurgens:ne
agnosceret.Et qđ plus est:exem
plo saluatoris:q cū esset domin⁹
omniū:nō rapinam arbitrat⁹ est
eē se equalem deo:sed semetipm̄
exinaniuit.phil'.ij. vt scilz nobis
seruiret seruitute humillima:la-
T boriosa:dura:dolorosa. Jsai.xx-
xi.Seruire me fecistis in peccatī
v̄ris. Jpse enīz nō vēit ministra
ri sed ministrare.Math.xx. vn̄
⁊ discipulis ministrauit obedien
ter:affectual'r:curial'r. indifferen
ter.⁊ cōiter.Luc.xxij.Ego aūt i
medio vestrū sum sicut q mini-
strat. Jo.xiij.Cū accepisset linteū
cepit lauare:⁊c. Jpsius.n.exēplo
stupendo ⁊ dispensatiuo:seruire
V debet religiosus f̃rib⁹ suis in om
nibus q̄ pōt.i.Petri.iiij. Unus-
quisqz sicut accepit gr̃az in alter-
utrum illam administrantes:⁊c.
Et sine personaꝝ acceptione:qz
q̄nto f̃res infirmiores:⁊ abiectio
res:tanto eis plus meritoriū est
seruire.Unde in vitis patrū.c.de
charitate dicitur:ꝙ cuz frater in
terrogaret senem de duob⁹ fratri
bus:quorum vnius erat ieiuniūz
septem dieꝝ:alterius egrotanti-
bus deseruire:cuius op⁹ deo pl⁹
esset acceptum:rn̄dit:ꝙ si frater
qui septem dieb⁹ ieiunabat appē
deret se p nares:non posset equa X
ri ei qui seruiebat īfirmis. ¶ Et
ibidem. Jnterrogauit senez qui-
dam de fratribus dicens. Quid
si video fratrem de quo audiui
culpam aliquam:nō possuz sua-
dere animo meo:vt eum intro-
ducam in cellaz meam:sed si vi
deo fratrem bonum libenter in-
troduco? Respondit senex.Si fa
cis bono fratri parum boni:alte
ri duplum impende.s.vt ad bo-
num allicias:non vt sibi in aliq̄
insolentia faueas:quia non opus
est valentibus medicus sed ma- Y
le habētibus.Math.ix.Et.xxv.
Quod vni ex minimis meis feci
stis:mihi fecistis.

¶ Capitulum sextum. Qualis esse debet in refectorio.

Onsimil'r religiosus de-
c bet esse honestus in refe
ctorio:vt seruet ibi disci
plinam in habitu ⁊ cibo.ait Hu
go i summa. ¶ Jn habitu tripli Z
citer. ¶ Jn disciplina tacendi:
quia tunc lingua laxatur. ¶ Jn
disciplina vidēdi:ne habeat ocu
los vagos. ¶ Jn disciplina con

tinendi. vt nihil sit indecēs vł in honestum: neq̄ fiat aliqd cum strepitu aut tumultu. ¶ In cibo quoq̄ tripliciter. vt quilibet obser uet quid: q̄ntum & quomodo su mat. ¶ Quid ne delicata vel pre ciosa appetat. ¶ Quātum ne ni mis in q̄ntitate. ¶ Quomodo q̄ se honeste debet habere in men

A sa sicut supra hitum est. ¶ Spe cialiter autē debet cauere a mur muratione: & apposita sumere cū gratiarum actione. Unde in vitis patrum. c. de contemplatione di citur: q̄ comedentibus fratribus vidit senior: alios comedere mel alios panē: alios sterc⁹. Quo ad mirante & orante deum: vt hec si bi reuelaret: venit vox dicens. hi q̄ mel comedunt: sunt qui ad mē sam cum timore ac tremore sedēt incessanter orant: & oratio eorum sicut incensum ascendit ad deū. Qui panem edūt sunt qui grati as agentes percipiunt sibi data.

B Sed qui stercus edunt: sunt qui murmurant dicentes: hoc ē bo num: illud malum. Que non de bent cogitare: sed potius deum glorificare. ij. cor. vij. Siue man ducatis: siue bibitis: siue aliquid aliud facitis: oīa in gloriam dei facite. ¶ Si v̄o religiosus est in mensa extra cōmitatem cū fratri bus: caueat etiam a predictis. Et

C aut sacram audiat lectionē: aut vtilem collationē: aut ipse ꝓferat ad aliorum edificationē. Unde

Poli. li. viij. c. ix. Ciuile est: & sa cris lr̄is consentaneum: aut om nino silere in mensa aut audias ad profectum: aut vnde alij profi ciant: vel sine culpa letent doctū ꝓferre sermonē: Exemplo Sal uatoris: q̄ parabolas inter come dentes miscuit: cū argueretur q̄ cū publicanis & peccatoribus mā ducaret. Math. ix. Et quādo cū phariseo comedit. Luc. vij. Sed ecōtra est de multis. Ber. ad ab batem. Cluniacen̄. O q̄ntum di stamus ab his qui in diebus An tonij fuere monachis. Siquidē illi: cū se inuicem pro tempore ex charitate reuiserēt tanta ab inui cem auiditate panem animarū percipiebant: vt corporis aliquā do penitus obliti: diē plerunq̄ totum ieiunis ventribus nō mē tibus transigebāt. Et hic erat re ctus ordo qn̄ digniori prius ser uiebatur. Hec sūma discretio: cū plus sumebat q̄ maior erat. Hec deniq̄ charitas: vt aie quarum charitate xp̄s mortuus est tanta sollicitudine reffocillabant. No bis enim cōuenientibus in vnū vt verbis vtar apostoli: non ē ce nam dn̄icam manducare: Quip pe celestem nemo est qui regrat nemo qui tribuat. Nihil de scri pturis: nihil de salute ibi dr̄ aiar̄. Sed nuge: risus: & verba profe runt in ventum. Inter prandiū q̄ntum fauces dapibus: tantū au res pascunt rumoribus: quib⁹to

D E

tus intentus modū neſcit in' edē
do. Talibus timenduȝ eſt: ꝙ dia
bolus eis ſuggerat ad eoꝝ ora
ſedanda: vt talibus ſatiatis: ſpiri
tualia non ſapiant. Unde in vitis
patrum. c. de contemplatione dr̄
ꝙ quidam patrum vidit cū ſede
rent fratres ⁊ loquerent de ſpūa/
libus angelos gaudentes: ⁊ tripu
diantes: Ut autem veniebat locu
F tio ſecularis recedebant angeli
⁊ volutabantur inter eos porci ſe
diſſimi: qui eos polluebant. Jō
cauendū eſt religioſis a locutio/
nibus ſecularibus: maxime quā
do edunt peccata populoꝝ: ⁊ ele
moſinas pauperum. Sed' audiāt
ſacras lectiones: ⁊ collationes: ⁊
vigilanter orent tam pro ſe ꝗ̄ ꝓ
benefactoribus affectu ⁊ corde.
Unde in vitis patruȝ parte. ij. di
citur ꝙ eum qui vere monachus
eſt oportet ſine intermiſſione ora
re aut pſallere ī corde ſuo. Unde
ibi ait ſenior increpans fratres in
refectione loquentes. Tacete fra/
G tres. Ego ſcio fratrem uobiſcum
edentem cuius orō aſcendit ī cō
ſpectu dei vel[illegible]t ignis.

Capitulum ſeptimum. Qua/
liter ſe debet habere in dormito/
rio.

In dormitorio ſiue in lo
co quietis debet eſſe reli
gioſus honeſt⁹ in geſtu/
tranquillus in inceſſu: accedens
H ⁊ recedens ſine tumultu. Et de/
bet eſſe deuotus ⁊ orans: vt dcm̄

eſt ſupra. Unde Ber. epl'a de ho
neſtate vite ⁊ morum. Cum ad
ſtratum laſſus adueneris: te ho/
neſtiſſime iacendo compone: nō
ſupinus: non genua leuando cal
caneos coxis iungas. ꝙ ſi forte te
luxurie pompa concuſſerit: re/
cole: dilectum tuū poſitū ſuper le
ctum doloris: ⁊ dicas. Deus me/
us in patibulo pendet: ⁊ ego vo/
luptati operam dabo; Sicqȝ in/
uocato noīe Saluatoris: ⁊ inge/ I
minando nomen ſalutis ceſſabit
quaſſatio. Ruminantē pſalmos
ſomnus te occupet: vt in ſomno:
te ſomnies dicere pſal. Caue/
at etiam ne nimis cito ad ſomnū
accedat: nec nimis prolixe ꝯtinu
et: neqȝ euigilans: inmundis ⁊
vanis ſe cogitationibus occupet
nec frequēter iteret: qꝛ ī ſomni ꝓ
lixitate: ⁊ iteratione: magna ē am
miſſio temporiſ: vt dictū eſt. Suf K
ficit eni monacho vna hora dor
mire: prout dr̄ in vitis patrū. c. ð
continentia. Cogitetqȝ quot ele/
cti alloquunt tunc deum in ſacriſ
orationibus: ⁊ ꝗ̄ ydoneū eſt tem
pus nocturnum ⁊ quietū ad deo
loquendum. Tunc eni poteſt hō̄
ſolus ſoli deo expandere manus
explicans miſerias ⁊ indigentias
ſuas: de cōmiſſis ⁊ ommiſſis ve
niam poſtulando: de beneficijs
regratiando ⁊c. De quibus ⁊ pro
quibus loquendū eſt Saluatori.
Unde col. v. de abbate Theodo/ L
ro dr̄: ꝙ cum veniſſet ad eū Caſ

sianus explorans quid ageret sic rudis anagorita: et finita vesper/ tina solennitate: cū ipse fessū cor pus inciperet somno reficere: ait abbas. O Joannes: Quanti hac ho ra deum alloquunt. et in se ample ctuntur: et retinent: et tu fraudaris tanto lumie inherti somno sepul tus? ¶ Ut autē in his septē locis q̄ pncipaliora sunt in cōuentib' re ligiosoꝝ mōis dicꝫ religiosus bñ se gerat: oꝫ icitari et stimulari ex consideratione: q deus desuper videt eum: et scrutatur interiora et exteriora. Boe. v. de consolatio ne. ¶ Magna vobis est: si dissimu lare non vultis indicta est probi/ tatis necessitas: cū omnia añ ocu los agitis cuncta cernentꝫ. ¶ Et Señ. epl'a. lxxxi. Sic certe viuen dum est tanq̄ in cōspectu dei vi uamus. Sic cogitandū tanq̄ ali quis in pectus intimum trāsige/ re possit. Quid enim prodest: ali qd ab homine esse secretum? Ni hil enim deo clausum est. Inter/ est ais et cogitationibus medius interuenit. Nuda eni et aperta sūt omnia oculis eius. Heb. iiij. Si cut igitur omni hora et momēto cauere debet religiosus ab āmis/ sione temporis: sic in omni loco sollicite precauere debet: ab om/ missione eorum que debent fieri in loco et honeste ager ea ad que loca sunt instituta. Ait Hugo in sūma. Non solum quid agat: sed quo loco agere debet: considera/ re necesse est. Alius enim est mo dus se habendi in loco vbi deus adoratur: Alius vbi corpus refi/ citur. Alius in eo qui locutiōi de/ putatur Alius intus: Alius fo/ ris: Alius in secreto: Alius in pu blico. ¶ Merito ergo ait: Aposto/ lus: Uolo viros orare in omni lo co. &c.

¶ Incipit pars tertia. que dicitur Itinerarium.

¶ Capitulum primuꝫ. Quot bo na religioso puenīunt ex quieta mente.

Admonendus est etiam reli/ giosus: maxie iuuenis: siue moribus: siue etate. Est eniꝫ puer moribus et puer etate. Ethi. i. Ut sit quietis amator: nō ex inhertia vel torpo re: sed affectu colloquendi cum deo in orationibus: et meditatio nibus: et ex vera deuotione. Naꝫ cuꝫ in cōuentu quietus est: si vo luerit bene vti: est aie minor di/ stractio: q2 euagatiōis per fanta/ sticas ymaginationes minor oc/ casio: et est aie ad se facilior recol lectio: ac ipsius ad deum vnibili/ or applicatio: ac ipsi' supra se sub limior eleuatio et sic eius in se trā quilior quietatio: et ex hoc sui lu/ culentior recognitio: et inde meri to a deo a quo omne datum opti mum in eū affluentior donorum

Q ⁊ charismatuꝫ celestium infusio: ac per hoc;: dei ⁊ celestium limpidior contemplatio: ⁊ ab ipso deo quem cōtemplatur delicatior cōsolatio. ¶ His enim quasi gradibus spūalibus in scala contemplatiōis se debet aīa sancta a mūdo ⁊ mundialibus abstrahere: ⁊ se ac meditationes suas in se recolligere: ⁊ se supra se eleuare: ⁊ sic d̄ alijs. Unde Grego. sup Eze. li.i. omel.v. ¶ Primus gradus est: vt aīa se in se colligat: ¶ Se-
R cundus: vt qualis est collecta videat. ¶ Terti⁹ vt supra se surgat ⁊ se contemplationi auctoris subiciat. Eze.xl. Ascēdit per gradus. Ubi Greg. omel.iij. libri.ij. Gradus sunt incremēta virtutū: Alia enim sunt virtutis exordia. aliud ꝑfect⁹ aliud perfectio. Job.xxxi. Per singulos gradus pronūtiabo illum. Ibi mor.xxij. Repente ad summa non peruenit. sed ad virtutum celsitudinē ꝑ incremēta mens ducit. Talis autem q sic quietus ascendit: ascensiones in corde suo disposuit i valle lachrimarum. Attigit religiosus se pos-
S sit modis dictis colligere: ⁊ ad deum conscēdere: sic amator studiose ⁊ virtuose quietis. Tre.iij. Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit. Isai. xviij. Quiescam. ⁊ considerabo in lectulo meo. Job.xxix. In nidulo meo moriar: ⁊ sicut palma multiplicabo dies ⁊c. Per nidū enim quies signatur: ait Grego. mor.xix. Sic sancti patres fuerūt quietis amatores. Unde in vitis patrum. c. de cōtinentia dr̄: qꝫ antiqui non cito migrabant d̄ loco T
suo ad locum: nisi propter tria. s. Si quis esset contristatus cōtra eū: nec posset eum placare. aut si eum contigisset a pluribus laudari: aut si in tēptationem fornicatiōis incidisset. Sequit. Si i monasterio cum alijs ꝯuersaris: nō mutes locum. Lederis eniꝫ oīo si facis. vt eniꝫ si galina reliquerit oua sua fota: sine pullis exire facit. Ita monachus frigescit transeundo de loco ad locum. Et p⁹. Sicut arbor fructificare non potest: si sepius transplantat: sic nec monachus frequenter migrans V
¶ Et ibi de virgine sacra dicitur que super alueum fluuij quadragintaocto annis habitans: nūꝙ̄ inclinata est: vt flumen aspiceret ⁊ de hac virtuosa quiete: ⁊ qualiter sit ea vtendum dictum est supra parte prima.

¶ Capitulum scd̄m. De periclo egressionis in mundū.

D Einde admonendus ē religiosus: ne sit auidus s. in affectu: nec pronus in effectu ad egrediendum ob dictorum contraria. q: inde multiplitior cordis distractio: ⁊ mior recollectio: maior depressio: ⁊ sic d̄ X
alijs vt patet consideranti. vt enī dicit Aug. vij. confes. in principio Per q̄les formas ire solēt oculi

per tales ymagines ibit cor. Sʒ
per multiplices formas vadunt
oculi egressi in munduʒ: sic yma
gines cordis. Et ob inumera pe/
ricula: ⁊ multiplicia hostium tē/
ptaméta: ⁊ bonoꝝ studioꝝ impe
dimenta. Ber. in meditationibꝰ
mundus circūcinxit me: ⁊ obse/
dit vndiqꝫ: ⁊ per quiqꝫ portas. i.
qnqꝫ sensus sagittis suis me vul
nerat: ⁊ mors intrat ꝑ fenestras.
Respicit oculus: ⁊ mentis sensū
auertit. Audit auris: ⁊ cordis in/
tentionem flectit. Odoratus co/
gitatum impedit: os loquit' ⁊ fal/
lit Tactu quoqꝫ ardor libidinis ꝑ
parua occasione excitatur. Seq
tur. Diabolus quem videre non
possum tetendit arcum suū: ⁊ pa
rauit eū: vt in eo parauit sagittas
Z suas vt sagittet me ⁊c. Sicut ergo
homo cum timore vadit ad bel/
li certamina contra hostium te/
la inter illaqueantia rhetia: ⁊ di/
luuia submergentia: ⁊ inter infe/
ctiua contagia: ⁊ inflammantia i
cendia ac abrupta ⁊ ꝑcipitia: sic
dʒ cū timore exit' religiosus i mū
dum. Omnibus enim predictis
comparatur mundus. Ber. vbi
supra. Undiqꝫ tela volāt: vndiqꝫ
pericula: vndiqꝫ temptamenta
⁊c. Est enim mundus voluptati
bus illecebrosus: crudelitatibus
furiosus: erroribus iniquus: ait
A Aug. i. de. ci. c. xxvij. Et ita incen
dijs concupiscentiarum accēsus
coꝫ quicqd est in eo: est concupi
scentia carnis. aut oculorum ⁊c.
i. Jo. ij. Concupiscentia enim est
ignis: q nūqꝫ dic' sufficit. puer. xx/
xvi. In q̊ quidē mundo sunt di/
luuia peccatoruꝫ. Osee. iiij. Ma
ledictum: homicidium: menda/
cium: inundauerunt. ⁊c. Est etiaʒ
plenus laqueis temptationum:
prout ondsum est Beato Antonio
in vitis patrum. c. de humilitate.
Uidit enim laqueos inimici ten/
sos vndiqꝫ. Et cum ingemisce/
ret quereretqꝫ: quis eos transire
posset: dictum est sibi: humilitas
¶ Ob consideratione̅ igitur pre B
dictorum non dʒ religiosus eē ꝓ
nus ad egrediendum in mundū
qꝛ vere in mundo presuram ha/
bebitis: dicitur discipl'is. Jo. xvi.
Quāto magis hoies imperfecti
Uix enim videt homo in mūdo
nisi mala: vel culpe que sunt dete
standa: vel pene que sunt deflen
da: vel vanitatum et pomparum
irritamenta q̄ sunt fugienda. Uel
fallatiarum: ⁊ deceptionū machi
naméta que sunt precauēda. Uñ
narrat Señ. de tranquilitate ani
mi de duobus philosophis. s. De
mocrito: ⁊ herodio: quorum pri C
mus quotiens in publicum ꝓdi
ret: flebat: aliꝰ ꝟo ridebat. Huic
oia que agebātur miserie: illi ine
ptie videbant': ⁊ sic aut flēda: aut
deridenda. Ideo sancti patres se
a mundo elongabant: ⁊ in solitu
dinem fugientes: inuiti in mun/
dum exibant: prout patet in vitis

patrum.c.de quieta conuersatio-
ne.Ubi dicitur . ꝙ homo fugiēs
hoiem:silis est vue mature.Qui
autem cum hoibus conuersatur
est sicut vua acerba. Señ.episto
la.vij.Auarioꝛ redeo ⁊ ambitio-
sioꝛ.q: īter homines fui.¶ Ecō
tra est de multis:quoꝛum deside
rium est:in mundum egredi per
D mundū euagari:mundi negotijs
implicari:⁊ mundo conformari.
Quibus dr̄ Jo.viij.Uos de mū
do estis:ego autem de mūdo nō
sum.s.q̄ȝtuȝ ad affectum:q̄ tales
hitant ī mūdo.Amādo enī ha-
bitamus.Coꝛde qui diligunt mū
dum:habitant in mundo:ait Au
gu.super Jo.omel.iij.Sunt ergo
multum dissimiles sanctis patri-
bus: quibus mundus erat in te-
dio:solitudo in desiderio. Hier.
epistola.lxxvij. Uiderit quid alij
sentiāt. Unusquisq; suo sensu du
citur.Mihi opidum carcer est:
solitudo padisus.qd d̄sideram⁹
vrbiū frequētiā:q d̄ singularitate
E cēsemur? Moyses: vt pꝛeesset
populo in heremo erudit. Pa-
stoꝛ ouium:hoium pastoꝛ efficit
⁊c.Nec aliquis sibi blandiat al-
legans:ꝙ interueniūt cause ⁊ ra
tiones egressuum:quia sic nūq̄ȝ
gescet.Sene.epi.lxxiiij. Nunq̄ȝ
nos succedunt occupationes: sȝ
serimus eas:itaq; ex vna plures
exeunt oia autēȝ negligēda sunt
vt pħsie assideamus:cui nullum
tp̄us satis magnum:ēt si a pueri
tia vsq; in longissimos humani
cui terminos vita ꝓducitur.Se
quitur.Resistendū est occupatio F
nibus:nec explende:sed submo
uende sunt.Hiero.ad eustochi.
Nunq̄ȝ cā deerit procedendi: si
semper quando necesse est proce
datur.

¶ Capitulū tertiū.Quibus mo
dis pōt religiosus eggredi.

Ed Quis nō debet esse
ꝓnus religiosus ad egre
diendum: nec appetere
ex desiderio:pōt tñ egredi ex le-
gitima cā ⁊ meritoꝛie coꝛam deo
maxime ex q̄ttuoꝛ cāis.s. ¶ Uel
cum supioꝛis obedientia mittit. G
¶ Uel cum iusta necessitate co-
gitur.s.vꝛgētibus negocijs sui vl̄
oꝛdinis. ¶ Uel ex pia vtilitate in
expediēdis pijs negotijs spiritua
lium amicoꝛum:q̄bus obligatur
lege amicitie ⁊ charitatis. ¶ Uel
cuȝ zelo salutis aiaꝝ attrahitur.s.
cum exit ad officia sacre pꝛedica
tionis:vel exhibēdo ꝯsilia saluta
ris eruditionis. His.n. modis
egredi pōt ad dei honoꝛem ⁊ ho
minum vtilitatē: ⁊ meriti sui au-
gmentuȝ: dummō sincere ⁊ pu
re exeat:⁊ opa ad que exit fidelr
exequat:⁊ dictos limites notabi-
liter nō exeat. Nam sunt q lȝ vi-
deant egredi dictis modis appa
renter ⁊ coꝛam hominibus:egre
diunt tñ modis contrarijs reali-
ter coꝛam deo. ¶ Ex pura enim
H obediētia missus exit:qñ illa tota
liter emanat de cōsciētia ⁊ volū-
tate superioꝛis: ⁊ cum emissus

ipsius volũtati oĩno conformat.
Nam obediẽtia est ei⁹ cui est vo
luntatis subiectio: ⁊ nõ eius qui
nõ est: ait Dama. libro. iij. c. viij.
Sed sunt q ex tali obediẽtia nõ
exeũt: sed vel p importunam ꝓ/
curationem: vel fraudulentaȝ fi/
ctionem vel seductoriam dece/
ptionem: fingendo. s. cãs falsas:
⁊ decipiẽdo supiorem. vel p blan
ditoriam adulationem tpis supe
rioribus: siue p munusculorum
⁊ obsequiorum oblationeȝ: siue p
alioꝝ ĩtercessionem: ⁊ sic nõ exe
unt p veram obedientiam: sed p
obedientie simulationem mouẽ
te ad huiusmõi vanitate sepe seu
voluptate. Aũ' in tractatu de. xij.
abusionibus dicit: ꝙ scḋa abusio
est discipulus inobediẽs. Sequi
tur. Locus placet: nõ qa abũdat
fratribus: sed piscibus: placet qa
famulis abũdat ⁊ fabulis. Et p⁹
Multis modis hec obedientia
queri solet. Auxilio parentũ ꝯsi/
lio fratrum: simulationis ĩgenio
Sequit. Hec obedientia quãdo
ꝙ cõcedit parẽtum exactiõe: vł
fratrum seductoria deprecatione
vel boni opis simulatoria fictio/
ne. Nomen habet obediẽtie: sed
re caret. ¶ Sunt ⁊ alij: q ⁊ si nõ
ꝓcurant obediẽtiam vocali ex/
pressione: aut supplicatione p se
vel per alios ꝓcurant tñ implici
te: opeꝝ q̃litate ⁊ vite sustentatio
ne. Faciunt enim se vł potius fin
gunt medicos in morbis sanan/
dis: vel vnguentarios in dolori
bus alleuiãdis: discretos i ꝯsilijs
dãdis ⁊ magnatũ familiares i ne L
gotijs ꝓcurandis ⁊ pertractãdis
vel ostẽtatiõe singulari ⁊ opinio
ne vite sanctos in operibus exte
rioribus: ꝑpter que a secularib⁹
postulantur. Nam ad spiritualia
aiaꝝ medicamẽta inuiti exeunt:
sed ad predicta ad que oportet
eos mitti: ne petentes scandalizẽ
tur libenter vadunt. Et hi q sic
placere volunt mũdo ⁊ monda/
nis: ⁊ ab eis vocari dissimiles sũt
apostolo: qui ait gal. vltimo. Mi
hi mundus crucifixus ẽ. ⁊c. vbi
Greg. mor. v. Quia paulus nec
mundi gloriaȝ q̃rebat: nec a mũ M
di gloria q̃rebatur: ⁊ se mũdo: ⁊
sibi mũdum crucifixum eẽ glo/
riabatur. Idem mor. xviij. in fi.
Predicator dei: vt ostẽderet: ꝙ
p abiectioneȝ qua se humiliãdo
deiecerat: talis iam factus eẽt: vt
nec ipse mũdum: nec mundus
eum concupisceret: ait mihi mũ
dus ⁊c. Unde ⁊ studium sancto
rum fuit abscondere se: ne a mũ/
do agnoscerent. Unde i vitis pa
trum. c. i. ⁊. viij. ait senex. Ne ve
lis vbi nomen facere d aliqua re
dicendo: nõ manduco hoc vel
illud. qa hoc tibi faceret nomen
vanum: ⁊ postea importunitates N
patieris hoium: qm̃ vbi hoc au
dierint: ibi te querent. ⁊ ibi. Nũ
ꝙ maneas in loco noiato: neqȝ
sedeas cum hoie magnũ nomẽ

hñte. Expectet igit religiosus cũ
Moyse donec dicat sibi deus p
beneplacitum suum: ueni mittã
te. exo. iij. Et cum hiere. ad oia q̃
mittam te ibis: ⁊ cum Eze. mittã
te ad illos: ⁊ cum discipulis xpi.
O Ecce ego mitto vos sicut agnos
inter lupos. Luc. iiij. Melior. n.
ẽ obediẽtia q̃ȝ victie. ij. Reg. xv.
Talis enim ẽ verus imitator sal
uatoris: qui descendit d̃ celo: nõ
vt faceret volũtatem suam: sȝ pa
tris. Jo. vi. Et sic obediẽs trium
phabit de hoste: qa vir obediẽs
loquet victorias. prouer. xxj. Et
hoc intelligendum de obediẽtia
in prosperis ⁊ licitis qa vt dicit
P Greg. mor. vlti. Debet obediẽtia
in aduersis de suo aliqd hr̃e: sed
in prosperis nihil oino. Jõ pau/
lus Act. x. Ego nõ solum alliga
ri: sed ⁊ mori paratus sum ꝓ no
mine yesu. Jsa. vj. Ecce ego mit
te me. s. ad populum dure ceruj/
cis: ⁊ rebellem a cuius rege erat
etiam occidendus. Ex pura igit
obediẽtia debȝ egredi religiosus
ne obediẽtie merito se defraudet
vt voluntatem suam volũtati su
perioris cõformet: ⁊ merita cu/
mulet. De tribus aũt modis exe
undi. s. ex obedientia: vel inobe/
Q dientia vel exr̃nia: Ansel. de simi
litudinibus. c. iiij. bene. ¶ Item
religiosus vrgẽtibus necessarijs
negocijs ordis vel ẽt sui põt me
ritorie egredi. Sed sub pretextu
necessarioꝝ negocioꝝ exeũt mul
ti ad negocia impeditius ꝑfectus

sui ⁊ ordinis potius q̃ȝ expeditius
Sic q exeũt ad fundamẽta terra
rũ fodiẽda ad saxa euellẽda: li/
gna scindẽda vt inde ꝯstruãt q̃si
tẽpla iudaica: palatia babilõica ⁊
antra gentilia: in paupeꝝ dispen
dium: q viuunt ex elemosinis fi
R delium: in hoium scandalum: i
religionis detrimentum: ⁊ ad in
gressum religionis multorũ im
pedimentum. Ber. ad abbatem
Cluuiaceñ. Obmitto oratorioꝝ
immẽsas altitudines: imodera/
tas latitudines: supuacuas longi
tudines sumptuosas depolitões
curiosas depictiones: que dum
orantium detorquent aspectum
impediunt affectum: ⁊ antiquũ
quodãmodo iudeoꝝ pretendũt
ritũȝ. Sequit. Quid putas i his
oibus querit: presentium compũ
S ctio: aut intuentium admiratio?
O vanitas vanitatũ: sed nõ tam
vanior q̃ȝ insanior. Fulget eccle/
sia in parietibus: eget in pauperi
bus. Lapides auro induit: filios
nudos d̃serit. De sumptibus ege
noruȝ seruit oculis diuitum. Jn
ueniunt curiosi quo delectentur
nõ inueniũt egeni quo sustenten
tur. ⁊c. Unde ⁊ tales vt sepe sunt
hoium seductores: q eos iducũt
ad lapides mortuos colligẽdos
lapidib⁹ viuis ꝑ famẽ ⁊ frigore mo
riẽtib⁹ ⁊ sic sũt paupuȝ spoliatores
⁊ falsi ꝑdicatores asserẽtes elynas
eẽ i talib⁹ expẽdẽdas: cũ multo
melius eẽt pascere pauperes pp
xp̃m. Hiero. episto. lxxxviij. Aui

T edificent ecclesias: vestiant parietes: columnarum moles aduehant earumque deaurent capita precioso ornatu et gemmis deaurata distinguant altaria. Sed tibi aliud sit propositum. s. xp̄m vestire in pauperib⁹: pascere in esurientibus: visitare in languentibus: suscipere in eis q tecto indigent: maxime domesticis fidei. etc. Sic ergo preponendum est pascere pauperes ecclesiarum edificationibus: quanto magis: palatiorum superfluis erectionibus. ¶ His tamē diebus multi ad egrediendum pro talibus sunt feruentes ad laborandum infatigabiles ad proficiendum perseuerā-
V tes: et pro huiusmodi cum secularibus iugiter conuersantes blandiunt vtinā n̄ adulantes corpora laboribus affligentes spiritum deuotionis cōtra preceptum apostolicū extinguētes. Quod multos timē dū est facere instinctu sathanico potiusque diuino. Vñ. iiij. col. col. viiij. dicitur: quod in talibus delectari: et cellas exquisiti ornatus: et capatiores quam vsus desiderat construere: nō pōt fieri sine instinctu demonum. ¶ Quod patet de quodam q in cōstruendis reparādisque superfluis quotidianis distractionibus desudabat. Quem videns cum grādi malco saxū conterentem: et ethiopem astantem:
X vnaque cum eo ictus malei iūctis manibus alludentem: et cum ad operis instātiam ignitis facibus instigātem diu substitit vel donationis impressionem vel illusionis fraudem admirās. Cūque vellet ille instigatione demonis animatus: iterum resumere maleum vrgebat: vt his instigatus incitamentis laborem non sentiret. At ille diu demonis ludificatiōe promotus venit ad eum salutans et ait. Quod est opus qd̄ agis? rn̄. Laboramus cōtra saxum istud qd̄ vix cōterere possumus. At ille. Bene dixisti possum⁹. Nō. n. solus eras cū illd̄ cederes: sed ali⁹ tecum erat quem nō videbas: q tibi nō tam adiutor quam violētus impulsor astabat. ¶ Consimiliter timendum est multis: quod instigent et impellant a Sathana q terram circuit et perambulat: tales instigans ad terram circuiendam: ad saxa scindēda ligna colligenda edificia erigenda paganis et talia contemnentibus. Sene. epl'a. lxxxiij. Felix illud seculum nō hn̄s architectores: et ante tectores. Ista nata sunt iam nascente luxuria. Sequit. Sub his tectis est viuere secure. Sub marmore et auro fultus habitat Nam hec hoīum sagacitas: nō sapiētia inuenit et epl'a. cxvij. Similes sum⁹ pueris: qbus omne lubricum in precio est: qa inter nos et illos nihil aliud interest ait Aristoteles: quod nos circa fabulas et statuas insanimus: illos in littore calculos leuare delectat.

¶ Consimile exemplum ponit
Crisosto.sup Math. omel' xxiij
in fi. Quid a pueris dista mus lu
dentibus et dom os fabricantib⁹
nos qui domos p̄ciaras fabrica
mus: nisi q̄ nos cū pena hoc agi
mus illi cum gaudio? Sequitur
Mundū viri facti sumus. Sed
cum effecti viri erimus sciemus
q̄ hec sunt ludibria: et ea deride
bimus. Simus ergo viri. Usq̄
A quo a terra trahimur in lignis et
lapidib⁹ magna sapientes. Usq̄
quo ludimus. ¶ Unde legit de
beato Ber. q̄ videns tuguriola
pastorū culmo tecta similia casu
lis pristinis cisterciēsibus fleuit
tunc habitare in palatijs stellatis
Et in vitis patrum dicit: q̄ cum
Antonius venisset ad paulum
heremitam in tugurio subterra
neo habitātē quesiuit ab eo pau
B lus tres questiones. s. An adhuc
cessasset idolatria obstinatio iu
deorum: et an christiana religio:
ritum gentiū in sumptuosis edi
ficiis imitaret. ¶ Qualiter autē
sancti patres huiusmodi contē
pserūt: et in tugurijs et cellulis ha
bitauerunt sicut Illarius Anto
nius et alij patet in vitis eorum.
Toto enim affectu studebant ad
virtutum in se hedificia constru
enda et ad tabernacula in eter
nitate mālura edificanda scien
tes: q̄ nullum tuguriū angustū
virtutibus: ait Sene. ad helbiaz
Nosti Romuli casam. Hic po

tius illud humile tugurium. Sz C
nempe virtutes recipit: et oibus
templis formosius est: cuz ibi iu
sticia fuerit cōtinentia cum pru
dentia: cum pietas oium officio
rum: cum recte dispensatorū ra
tio cum diuinorū humanorūq̄
scientia. Nullus locus angustus
q̄ hanc magnam virtutū turbā
capit: nullum exiliū graue. Ire
cum hoc comitatu libet. ¶ Uti
nam hec cogitarent religiosi: qui
cuiscerant se p̄ lignis et glebis cu
mulandis: et nō spiritualib⁹ con
struendis. Non enim habemus
hic manentē ciuitatem: sed futu
ram inquirimus hebreoꝝ. xij.
¶ Consimiliter pia vtilitate sti
mulante pro negotijs vtilib⁹ ami
corum spiritualium vel parentū D
egredi pōt. Sz multi sub umbra
huiusmodi exeunt et discurrunt
mendicantes solatia et cōmoda
p̄pria: et sic ingerūt se ad huma
na cōsortia: colloquia: et cōuiuia
secularia. Ex q̄bus sequit in eis
studiorum et orationū ommis
sio deuotionis extinctio: seculari
bus cōmixtio inutilium occupa
tio. ps. Cōmixti sunt inter gen
tes et didicerūt opa eoꝝ. Quorū
ꝯria erant in sanctis patribus:
q̄ talia fugiebāt et sibi vacabāt: vt E
dictum est supra. Unde. v. col. df
de quodam fratre. Cui cuz post
quindecim annos parētum eius
ep̄le defferrētur: accipiēs eas ait
Quantarum cogitationū mihi
erit harum

erit hap lectio:q̄,vl ad inane gau diū:vel ad tristitiaz me impellet? Quot dieb⁹ scribentiū recordationes intentionez cordis a contemplatione reuocabūt? Quāto labore status tranquillitatis reparatur: et cum eis habitare anim⁹ ceperit eos corporaliter deseruisse non proderit: si eos corde cepe
F rit intueri? Et sic loquēs: nullius epistolam dissoluit: sz nec fasciculū litterap.nec noīa nec vult⁹ scribentiū recordat⁹:a specie itentione cessauit: ɔstrictūq3 fasciculum igni tradidit ɔburēdū dicēs. Terrene cogitatiōes pariter ɔcremamini:nec me vlteri⁹ ad ea que fugi reuocare tēptetis. ¶ Econtra est de multis:q nō cessant discurrere ad parētes et amicos: scribere et rescribere: et cū eis aīo habitare:et sic a dina contemplatione distrahi. Contra q̄s Deut.xxxiij. Qui dixerit patri et matri nescio vos:et fratrib⁹ ignoro illos: et nescierūt filios suos: hi custodiunt consiliū dei. Vñ fratres noluerūt
G videre matrē:eos in monasterio visitantē. put dicit in vitis patrū c.de patientia. Abscōdebant eni se dicentes non hēre patrem nec matrē in terris sed in celis. Et.c. de exhortatione monachop legit q cū diceret fratri:pater tu⁹ mortuus est.rñdit.Blasfemas frater pater eni me⁹ imortalis ē. ¶ Similiter religiosus:meritorie egredi pōt: zelo salutis aiarū attract⁹ s.ad vbū dei seminādū. Matth.
H xiij. Exijt. q seminat. et c. Jo.xvi. Posui vos vt eatis et c. Sic aūt exeuntiū debet esse tota intentio ad deo lucrādas aias.i.cori.vlti. Non quero vestra : sed vos. Et Phil.iiij. Non quero datuz sed fructū. ¶ Sed multi q exeūt sub pretextu predicationis poti⁹ anhelant ad testamēta ɔdenda: cadauera sepeliēda : et magnatū negotia exercēda. Que licet sint licita: dū recto modo tractent.his tñ nimis intendere: et ad ea anhelare
I periculosū est predicatori veritatis cui⁹ est veritatē dicere omni homini: et oīum vitia indifferenter arguere. Unde Hugo d.xij.abusionibus. Quinta abusio est monachus curialis. Sequit. Qui secularij ɔsortia diligunt.q se princip ū ɔsilijs ingerunt: secretorum illorū consilij:et secretarij:curiales dici pñt. Et post. Sexta abusio ē monach⁹ causidic⁹. Qui.s.in cōuiuio principis videt vacā vidue et porcū pauperis: et in ei⁹ carcere pauper moritur. Et tñ de substantia pauperis comedens monachus:principi blandit. Et sic laudatur peccator in desiderijs anime sue et c. ¶ Predicator igitur a talibus caueat exemplo Dioge
K nis:qui omnia contemnens vilibus et paucis cōtent⁹ erat:vt posset omnibus libere dicere veritatem. De quo Ualerius libro.iiij. c.iiij.dicit.q cum sibi olera lauā

ti Aristipus diceret: si Dionisium adulari velles: ista non ederes. Immo ait ille: si tu ista edere velles: Dionisio non adulares. Sic et predicator volens veritatē predicare: non debet desiderare honores magnatum: aut eorū tractare negotia: ne ora eorum obturentur: sed contemptis omnib⁹ possit dicere veritatem. Sen. de benefi. c. xi. Monstrabo tibi: cuius rei inopia laborent magna fastigia. et quid possidentib⁹ omnia
L desit scilicet qui dicat eis verum. vnde vna contentio est: quis blādissime fallat: ait ibidem. Ne. s. sint canes muti non valentes latrare. Isai. lv. Per canes enim pdicatores signantur: qui vigilāt et clamant: ait Grego. moral. xx. Canes enim: cum ora eorum implentur pane a latronibus: latrare non valent. Nec debet predicator transire pauperes: quin eis predicet: licet conuiuia desint: festa deficiant: hospiciola feteant:
M exemplo saluatoris Luc. iiij. Ad euangelizādum pauperibus misit me: et exemplo beati Cutberti qui cum exibat ad predicandum predicabat maxime in villulis: q̄ in arduis asperisq̄ montib⁹ erāt horrori aliis ad videndum: et paupertate pariter ac rusticitate: doctorum phibebant accessum: put dicitur in vita eius. Qui igit contemptis honoribus et familiaritatibus potentum: et festis ac conuiuijs: pauperibus predicant N
signum est euidens: q lucrum animarum querunt. Qui vo econuerso: caueant sibi:

¶ Capl'm quartū. Qualr dz esse paratus qui egreditur.

Iis causis quibus religiosus licite egredi pōt: et quibus etiam aliquando exit periculose: admonendus est: q exeat virtutibus ornat⁹: et munitus: q intra hostes vadit: vt dictum est supra. Qui enim vir O
